

109

interpretandi facultate & autoritate, judicari, & diffiniri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam, quavis authoritate scienter vel ignoreranter contigerit attentare. Non obstantibus Constitutionibuss & Ordinationibus Apostolicis, etiam in universalibus, & Provincialibus Concilijs editis. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 27. Junij, Pontificatus nostri Anno XIX.

Marcus Antonius Maraldus,

B.

Copia Epistolæ ad sanctissimum D.N.

Beatissime Pater.

A pedes quæ sanctitatis, imo ad illa mellea miserationis Paternæ viscera, quæ afflictum Orbem solatijs condijunt, adrepimus Filiorum mini-
mi,

John D. A.


**DIOPTRA
CAP. GENES
PRÆD. 1642**

MS.

1197

M.C.D. 2022

M.C.D. 2022



11
3

11
3

11
3

11
3

11
3

M.C.D. 2022

DIOPTRA TRANS ALPINA

duodenis Radiis opticis concircinata
Del P. francesco de in S^{an}ta Margarita
Prod^{uct}o prodigiosam catastrophē Capui.

CAPITULI GENERALIS

FF. PRÆDICATORVM,

nuper apud Genuam celebrati, mense
Octobri 1642,

Vbi, quid circa { DEPOSITIONEM, pristini,
{ ELECTIONEM, novi.

MAGISTRI GENERALIS

tentatum, actum, retroactum.

Iis quorum inter se, quique longius absfuerunt,
cerendum, & discernendum

Capuchinos & Madonae



L^{et}ur per
uolum Orbiculi de Vitriaco.



A M I C I S L E C T V R I S

Parergon.

MERITÒ dixerim cum Boethio; lib. i. Con-
Si semper mentiens imprudentia solar. phil.
rerum merita non potest immu- prosa 4.
tare, nec mihi Socratico decreto
fas esse arbitror, vel occuluisse
veritates, vel concessisse mendacium. Nostis
Amici fratres, at fama dumtaxat internun-
cia nostis Cataclysmum Generalis Capituli
Januensis, cuius prima Sessio (dicam? an la-
tinus fuditio?) Reverendissimū Patrem no-
strum Nicolaum Rodulfum, fluctu sanè per-
quam violento excutere de summitate Gu-
bernaculi conata est. Tantum potuere Vires
Æoliæ, immisso à feris ventorum exercitu,
qui fiduciam aspirarunt undis in Rodulfum
pugnaturis, neque enim tempestas hæc domi
nostra nata est.

Vilis men est hujuscemodi depositio Ma-
gistri Ordinis iniqua multis præsentibus, ab-
sentibus vero (ut qui longè positi modum
ejus formamq; minime minimè perspectam
habere saltim) etiam nobilitate peregrina,

A 2 info-

insolens, suspecta, nec tale monstrum à famosa Italiæ *Ianua*, sed ex intimis Africæ per tralibus afferri dōmū potuisse crediderunt.

Quando enim ab ipsis Prædicatoriæ Religio-nis incunabulis, post CCXL. & amplius Ge-neralia Capitula in quintum jam usque seculum celebrata, auditum unquam fuit, quod *Ordo noster* in ordinem redegerit *Magistrum* suum Generalem, repente novum sibi Caput contra illum erigendo. Jus quidem illum exauctiorandi in nostris extare Constitutioni-

* *Vid. dis. 2. cap. 8. text. 3. & 6. infine.*

bus non nego; Ast factum in Fastis, atq; An-nalibus nostris (quos quidem ego viderim) non reperio. Nam quod Perpiniani Anno 1360. *F. Simon Lingonensis* per Patres conscri-ptos Magisterio Ordinis exutus fuisse alicubi legitur; ideo solum spectasse conjicio, non ut Ordo hunc Magistrum habere desineret, sed ut vel tunc habere illum- ipum inciperet, si-bique arctius, ac soli vendicaret; nempe dele-bant Patres, eundem *Simonem* perpetuo Eu-ripo negotiorum, ac legationum Apostolica-rum abripi, si-bique eripi, taliter ut Generali-bus Capitulis coram interesse, filiorum q; ne-cessitatibus intendere vix aliquan-tuerit. Quid autem remedii obtinuerint iudicem Capitu-lares, dum Generalem student, aut impetra-re, aut facere omnino suum, non invenio, a bene, q; od idem *Lingonensis* fere iudicen-

um adhuc in suo Generalatu perststit, nimirum ultra Capitulum Generale 1365. *Genue* celebratum, ejusque Depositionem (parum seriam, nec enim electus fuit alius ei successor) Innocentius VI. rescidit, forte ne ullum posteritati exemplum remaneret.

Alios quidem tres invenio Magistros Generales fastigio suo dejectos, videlicet Anno 1290. aut circiter in Ferrarensi Capit. *P. Munnum Zamorensem*, Añ. 1462. in Capitulo Senensi *P. Martialem Auribellum*, & circa añ. 1586. in Capitulo Romano *P. Sextum Fabrium Lucensem*. At nullus horum ipsiusmet Ordinis manu unquam detractus fuit è Sede gubernaculi; *Munnium* depositus Nicolaus IV. obtinente, ac suppliciter deprecante Universo Ordinis diffinitorio Ferrariae tunc congregato.* *Mar-*

* *Vide Epis-
tolam de-
precatoriam
apud nostris
Pio par. 2.
lib. 1. in 7.
Generali.*

tiali fasces eripi ius II. altum ingemiscen- te Prædicatorum Ordine, ut qui Viri innocen- tiā noverat, malignè apud Aures summi Pa- storis (ut fit) traductam, unde & post obitum Pontificis idem Auribellius Novarriæ Anno 1465 denuo suffragiis totius Ordinis Veteri dignitati restitutus fuit, perque Annos com- pluscens Religioni ad mortem usque profuit. Denique Sextum Lucensem Sixtus V. de solo Podagræ crimine accusatum descendere Ma- gistratu præcepit, non vidquam Catholico Hi- storiariu Regi, toque Capitulo flebiliter

supplicante, ne propter affectos pedes ipsum
met Caput Ordini afferretur.

Et sane quemadmodum tres hi Generales
miserè exauctiorati *paradigma* sunt, fidemque
faciant, nil esse novi, si cui nostrorum *Patrum*
in Romana Curia foris struatur fatalis ruina,
ita adhuc relinquitur, novum omnino fore, si
ipsemet Ordo, seu integrum aliquod Generale
Capitulum, proprio motu, ac suis met mani-
bus Magistrum aliquem Generalem velut in-
dignum, & criminosum spoliasse officio intel-
ligeretur.

Quī igitur factū inquies, quod Reveren-
dissimum Senem, quod anno sum Ordinis
Magistrum *Rodulfum*, non jam Romana Cu-
ria, sed nuperrimē ipsemet Ordo, totumq; Ja-
nuæ collectum Diffinitorium suo solio excus-
serit? quod tam promptis fragiis aliū huic
successorem suffecerint? im¹ & binos? At
hem Amice, non scitè interrogas, dum quæ
interroganda erant, velut Plebis scita suppo-
nis. Quin tu potius quāre, num Ordo, num
inquam totum Januense Diffinitorium, imo
num legitimū aliquod Diffinitorium I
verendissimo Seni Coronam detraxerit? uspiā
enim impudens fama mentitur animosius,
quam apud eos, qui à re gesta longissimē ab-
fuerunt. Neq; hic illa res sit ab ingenio dum
pro cuiuslibet affectu accidit nodus sua

acula Cretica, mis persuadens fuisse in illo
Genuensi confessu prælectum ingentē Pro-
cessum adversus absentem P. Rodulfium : a-
liis, Ordinem totum uno, & concordi passu
recessisse à Patre Rodulfio: aliis, Hispanos ten-
tasse frivolum schisma, furtivè instituisse
Conciliabulum, &c. Denique admodum
Reverendum P. Magistrum F. Michaelē Ma-
zarinum Provincialem Romanum ritè secun-
dum Canones delectum fuisse Rodulfi suc-
cessorem, applausisse electioni Serenissimas,
tum Genuensem, tum Lucensem Respp.
Exauditas demum esse Orationes totius Or-
dinis, fluxisse omnia ad votum, nune tandem
consultum esse paci, & tranquillitati Ordinis,
& similia spissarum officiarū crepundia, quæ
partim in typis jam leguntur, quidlibet nimi-
rum audente procacitate, cui apud remotos
favet rerum spissarum ignorantia & distan-
tia.

Verum quam procul illa à Veritate stent,
ego qui Genuæ cominus veritati adstici, nota-
vi conspicacius, utinam ita limpide, ac sine fu-
coideant, qui eminus constiterunt. Heu
quænā facile per distantiam fallitur aliquorum
magisteria credulitas. Etiam, quorum oculus
sine fascino est, ea quæ procul absunt adniicti-
tantes, interdum Asinum, avem judicant, e-
go quoque administrabo quo in rem præsentem

veniant proprius. Cum igitur in usum vobis
Amici en *Dioptram* minimè fallacem, Duc
libus meræ Experienciarum circulis bracteataim,
opus quod alius ex alio transcribere potestis si
vultis, ne quod cäperam Herculeo labore,
singulis ego singulas epistolas, imo Iliadas
hujus argumenti debeam, quæ Cordi meo in-
fandum toties jubeant renovare dolorem.
Utimini porro, dum aliunde forsan pleniū a-
liquid atque elaboratius cudentur in ejusdem
Veritatis defensionem.

PRIMUS RADIUS OPTICUS.

*Quale Capitulum, & quare Genuam
fuerit convocatum.*

* *diff. 2. c. 8.*
tit. 1. **U**xta legem Constitutionum nostrarum*
Generalia Ordinis Prædictorum Comitia
singulis trienniis indicuntur celebranda, sic
tamen, ut Magistro Ordinis integrum sit, cum
causæ graves emerserint, anticipare, aut etiam
(quod saepius factum) prorogare terminum
de Consilio discretorum.

Porro ex his Capitulis Duo immixti sibi
succendentia sunt, & appellantur Capitula Diffi-
nitorum, quodlibet vero tertium est Provin-
cialium, eo quod in duabus illis soli, è singulis
Provinciis Diffinitorum, & sis Provinciali-
bus.

9

ius, in hoc vicissim soli Provinciales jus habent cum Magistro Ordinis, ad quævis negotia Religionis pertractanda. Isque capitulorum Ordo servatur perpetuo circulo, ac lege inviolabili, adeo ut luxari non possit etiam, quando forte intervenerit capitulum electivum.*

* dist. & cap.
cit. t. i.

Sciendum enim, non quælibet Generalia Capitula apud nos esse Electiva, (cum Magister Ordinis sit in officio perpetuus) sed plerique tantum diffinitiva esse; donec Provincijs Ordinis (nunciante hinc Bononiensi inde Parisiensi Conventu) legitimè constiterit vacare Magisterium per obitum, vel amotionem Patris Generalis, quatenus ex tunc se præpararent ad Capitulum electivum, qui cumque jus habent, citandi porro & convocandi per Provinciale in cuius Provincia proximum Capitulum scitur fore celebrandum. * Ibid. c. 4. t. i.

Itaque multum interest discriminis inter Capitulum Electivum, & alia, quæ apud Nos jus electionis nullum habent, hæc enim convocantur ab ipsomet Ordinis Magistro adhuc super litem, illud vero post ejus amotionem, vel mortem congregatur à Provinciali, in cuius districto* celebrabitur. Loco eit.

Illa, aut meritis constant Diffinitoribus singularum Provinciarum, aut prout vices fuerint, meritis Provinciarum*, istud vero præ- Cap. 8. t. i.

ter Provinciales sūmul admittit & requirit
binos Electores, quos singulæ Provinciæ n-
Cap. 4. t. 3. ferint.*

Cap. 8. tit. 2. Illis præsidet Magister Ordinis, aut in ejus
absentia aliis ex Definitoribus, non quē Magi-
ster Ordinis constituerit, sed quem major Ca-
pitulipars liberis suffragijs ad hoc assumpserit*
huic vero donec adsit Novus Magister Or-
dinis electus à Patribus præst ille Provincia-
lis, in cuius Provincia Capitulum electivum
celebratur, vel in ejus defectu is in cuj^o Provin-
cia, qualem cunque Generale Capitulum proxi-
Cap. 4. t. 2. &c. 3. me antecedens fuerat celebratuni.* Denique
ut solis illis Correctio, ita soli huic Electio *Ma-*
gistrī competit.

Sed ne quem turbet, quod infra com-
memorantur non Provinciales (quorum tamen
hæ vices erant) sed Diffinitores Provincia-
rum Mexicanæ, Peruanæ Guatimalensis,
Granatensis novi Regni, & Quitenensis, adver-
tendum in postremo Capitulo Romano 1629.
celebrato, id Privilegium universim fuisse de-
cretum Provincijs Indiarum, ut in quolibet
Generali Capitulo deinceps admittantur ea-
rum Procuratores legitimè instituti si qui
tunc in Europa extiterint) ad exercere a * o-
mnia singulaque Munera, & actus proprios Diffini-
torum & Electorum. Idque in remedium di-
stantiæ, quæ siebat h

* Ordina-
tione 27.

icitia illis opportuno tempore insinuari , &
Vocales indidem sat tempestivè destinari
nunquam potuerint.

His prælibatis ad rem Reverendissimus P.F.
Nicolaus Rodulfius , postquam unanimi Pa-
trum calculo Romæ ex Magistro sacri Palatij
Apostolici Generalis Fratrum suorum Magi-
ster electus fuit, proximum Generale Capitu-
lum ex more post tertium annum Hispalice
lebrandum indixerat. Exinde bellis terra,
marique incrudefcentibus , ac lue passim fe-
rociente dilata fuit ex annis in annos Capitu-
larium convocatio , donec tandem prædictus
Magister Ordinis abrupta mora prolixiori
datisque ad Fratres Provinciales litteris invi-
tatorijs (quarum exemplar habes infra sub
litt.A) 24. Febr. anno 1642. exaratis, generale
Capitulum ab Hispanensi ad Genuensem Con-
ventum transtulit, jure quo poterat * , & licet
illud non nisi in Pentecoste celebrari soleat *
obtentio tamen Consensu , ac dispensatione *
S.D.N. ad diem 26. Octobris eodem Anno so-
lem piter inchoandum indixit.

Com ergo Capitulum istud ex modo , &
Ordine nempe post duo Capitula diffinito-
rum pertineret ad solos Provinciales , & con-
gregantur à Magistro Generali adhuc super-
stite accitis, non Electoribus, sed Provincia-
lias cuius socios etiam , fixumque habeba-
tur

Iuxta
dist. 3.
Cap. 8.t.1.
Cap. 9. t.1.

tur in Universo Ordine illud neutquam, for
Capitulum Electionis , nec aliud vel per-
sonnum præsumi potuit, cum nulla iura per-
mittant nostris , ut Capitulum pure diffini-
tum repente ad arbitrium præsentium Capi-
tularium transeat in Electivum.

Attamen P. Mazzarinus , qui jam superiori
anno sibi de successiva in Provincialatu Ro-
mano providerat, præteritis votis , juribusque
Provinciæ (siquidem per Breve Apostoli-
cum datū 9. Augusti 1641, obtinuerat P. Jaco-
bo veri Priori Conventus nostri super Mi-
nervam , ut sibi successor designaretur) co-
gnito hoc rerum eventu aliud corde agitasle
videtur , ut enim instanti Capitulo interesse
etiam ipse posset, eodem mense Februario a-
liud sibi Apostolicum Breve (cum prius illud
publicatum non dū esset) capetravit , quo
Provincialatus suus in aliud binnum exten-
debatur, qui alijs 11. Maij ejusdem Anni expi-
raturus erat.

Alii interim Capitulares suis exciti sedibus,
præsertim ij , quibus iter per Romanam capes-
sendum non erat, bona fide ad Genueni iter
se comparabant, securi , se illici in viros
suum Magistrum Generalem , cum quo tan-
dem, ut binis iam lustris ferè desideratum fue-
rat, commodissimè coram tractarent necessi-
tates suarum Provincialium de quæ illare

statu informarent limpидius, docerent libe-
rius, ac plurimas difficultates temporum lapsu
concupinatas mutua sinceratione, & pro re
nata familiaribus sincretismis funditus com-
planarent.

Unde facillimè quivis collegerit, quam du-
rum fuerit, ac luctificum Patribus ex novo
Orbe, Hispaniis, Ungaria, Teutonia, Bo-
hemia, &c. tractu longissimo Genuam profici-
scens, cum Generali suo Magistro illic
minimè reperto, spem suam in ipso viderunt
limine jugulatam.

S E C U N D U S.

*Quid distinuerit Reverendissimum
Ordinis Magistrum, ne capitulo interesse
potuerit.*

CAUSAM hanc paulo altius repeterem, ac
piget vagari extra oleas, nec instituti
mei est, omnia prosequi, sed nostra. Igitur hi-
toriam accipe, sed tragicam, & luctu dignam.
Comparabat se Reverendissimus Pater cū gau-
dicio dilla sole mnia Ordinis Comitia post Pa-
schas, et orias indubie adeunda: prægestiebat
lætus, quod Fratrum suorum judicium ipse-
met jam Genuæ ex ritu Ordinis subiturus es-
set in Capitulo *, nil videlicet pavente tam se-

Conscientia.

* Testis ipse
in convoca-
toria cit. lit.
A. q. festini.

De-

Denique optimus senex ituriebat avidus
videre circumfusam sibi è toto Orbe Coro-
nam Filiorum, *mutuo, ipsorum aspectu, alloquo,*
*amplexu fruiturus.**

Ibidem.

Accidit interea, quod quidam F. *Hyacinthus Lupus* S. Theologiæ Magister in conventu Ro-
mano super Minervam alicui negotio per tra-
ctandoplus æquo ingereret, adeo, ut ipse met
Reverendissimus Magister Ordinis necessari-
duxerit compescere hominem, & vel censuris,
formalique (ut vocamus) præcepto
inquietum adigere, ne pergeret tricari-
ea de re, ac præsertim cum seculari-
bus. Factum est ita, sed tamen, ut honori
eius consuleret P. Generalis, secreto illi in scri-
ptis mandatum, cum annexa Excommunicá-
tionis poena, ni pareret transmittit. Quid por-
ro? vocem Pastoris sui audierat oves, non au-
diuit Lupus, ut pote Curia notus, ideoque præfi-
dentior: ergo audacter violavit præceptum,
latæ censuræ se implicuit, & ne quid curasse
videretur, ipso Sabbato Sancto Choru excom-
municatus introivit, Fratribus se immiscuit
rei sacræ adstiturus, nempe illius exempli de
quo Job. i. v. 17. ubi Cermellus nostre ex Al-
berto Magno sic commentatur; *Dæmon inter*
Angelos, Lupus inter agnos. Cohorruit ad facinus
Magister Ordinis, mox virum clam admo-

15

nyit, Choro excederet. Renitere ille, ac reniti-
causamque hujus admonitionis audacter ex-
quirere. Cui Magister Generalis, Discedito,
ac prius ab Excommunicationis vinculo ab-
solvitor, quam huc te immittas. Hic tanto viro
fatale procellarum initium fuit: quippe dela-
tus apud Curiam, velut qui prætermisso Juris
ordine Lupum coram alijs declarasset Excom-
municatum, proinde videbatur impegiisse in
canonē. *Sacro.* De sent. Excom. & cū medicinali
eod. tit. in 6. insuper incidisse in ipsissimas cen-
suras contra Lupum adhibitas, inque pœnæ in
menstruæ suspensionis ab officio irregularita-
tis, &c. quæ facile deinde persuadere pote-
runt quibusdam prælatis, qui Rodulfum ode-
rant. Sicque in Sabbato Sancto, ubi Christus à
crucis suspendio quiescere permittitur, Ro-
dulfius, ad suspensōnem, & lōgam, cui etiam-
num an lavatus est, crucem inopinato præpa-
ratur. Quid stupes Lector, hic Lupi diem Sab-
bati sanctificant. At quomodo? inquies, tanta,
actalia sub oculis Romanę curię licuerūt unico
fratri in suum Generalem? Respondeo, non
fore barones, ni extarent Mæcenates Lupo
nostrorum ad impunitatem tantum proter-
viæ, sed ad victoriam pene sat fuit clientem es-
se Magnorum, quibus invisus erat Ro-
dulfius.

igitur defecit ad Sanctissimum, cogitur
in

in jus ambulare Magister Ordinis, constitui-
tur de Palatio Judices , qui non solum han-
causam, sed & alias *emergentes** contra illam
audiant, ac decidant. Videbatur hoc cæteris
Rodulfo male affectis classicum esse, quoad
suas quisque adversus eundem deponendas
querelas invitaretur : itaque Actor non jam
unicus lupus , accusatores , quæ data Porta
ruunt, censantur criminantium agmina , affe-
runtur nova disparatarum insimulationum
capita, titulo causarum Emergentium , quod
nempè Magister Ordinem male administra-
verit, bona, res, ura, conventum dilapidaverit,
conventus Regni Neapolitani torserit iniquis
exactionibus, quod ordinis rigorem laxaverit
Perusij, ac Neapoli indulgendō Religiosis fa-
cultates, ac dispensationes immoderatas, quod
alicubi Monasterium in p[ro]l[ific]um , villamve
converterit, &c. Hinc itur a[ccus]t[or] examen vario-
rum testimoniūm , quodque adversarijs illius unicē
in votis erat, proque instanti capitulo adlibit-
um torquendo opportunissimum , eheu sus-
peditur illustris senex ab officio per judicium
summarium , causantibus nempe iudicibus
metu authoritatis P. Rodulfius imp[er]testes
illi subiectos, proinde ipsum, aut amovendum
esse, ac plane reponendum , aut saltem ab o-
mni , tam spiritualium quam temporalium
administratione suspenderetum ? quam di-

*Vide infra
in Brevi
Papali sub
littera B.

Vero? durante inquisitione, seu accusatione, inquit Breve, quod arripientes Adversarij non cessarunt novas, novasque multiplicare accusationes affatim duraturas, ne ante Januense capitulum cessare posset prædicta suspensio, dum videlicet durabat accusatio.

Videbatur sub hac revolutione occasio frōtem ostendere densissime capillatam, sed pro adversarijs Rodulfij. Forte enim circa illa tempora vacare cœperat Provincialatus Apulie, itaque neglecto jure illius Provinciæ, oppressaque legitima inibi habita electione, recurritur ad sedem Apostolicam, informatur oblique Summus Pontifex, obtinetur Breve, quo F. Magister Gregorius Cippulus notorius antagonistæ Reverendissimi Rodulfij constituitur Provincialis, sic expediebat Patri Mazarino adversus Rodulfium. Eadem ratione Provincia Poloniæ confluxerunt domi in Capitulum, ut defuncto veteri novum sibi Provincialem eligeret, at prævertit electionem P. M. F. Chrysostomus Pollicucius, qui Roman fortè accederat pugnaturus in P. Rodulfium, porrectisque S. Petri etissimo inquis precibus falsa narratio partis dicitur. In anno 1642. illum sibi Provincialatum obtinunt validioribus jam lacertis Genuæ militaturus P. Mazarino. Denique vacabat Præfectura Provinciæ S. Petri Martyris apud Insularios: O quam opulentia! itaque ad eadem

sacra adyta recurritur, informatur Papa, non
 posse in ea Provincia colligi capitulum Pro-
 vinciale obstantibus bellis (ô Deus! poterat
 colligi, imo colligebatur tunc capitulum Ge-
 nerale, in eadem Italia, & non poterat Provin-
 ciale) impetratur Breve, instituitur Provincialis
 P. M. F. Jacobus Veri, homo infensissimus
 Patri Rodulfo, qui etiam post Genuense
 Capitulum (videlicet ubi hic titulus jam satis
 illi ad rei gerendæ opportunitatem servierat)
 Provincialatum illum depositum, ita tamen, ut
 alium assumeret, nempe titularem Anglicum,
 quo Patri Mazarino commodiū adhæresceret
 focius, at videns Generalatum Mazarinianum
 nutare, ac rimas ducere, auctoritate quā vo-
 luit, & non valuit, Priorem suum, non suum
 Provincialatum S. Petri Martyris resumpsit,
 denique P. Mazarino ad S. latij Magisterium
 electo, & sic demum vacante Provincialatu
 Romano, die 30. Julij anno 1643. obtruditur
 illi Provinciæ idem Verus tanquam Provincia-
 lis, falsificato prius Brevi Apostolico, quod in
 eam rem, olim in Anno 1641. die 9. Augusti
 datum fuerat. Cumque adverteretur dolus
 constitutum, denique fuit per S. C. legatio-
 nem die 6. Martij, aliud prædicto Jacobo Breve
 concedendū esse, ut pacifice regat. Tati nim-
 rum interest hunc hominem Provincialem ef-
 fe, cavete) sed ad ordinem

Quid jucundius, utilius, pretiosius inquam
accidere poterat Æmulis Reverendissimi P.
Rodulfij, ut qui Romæ hactenus ejus *accusato-*
res, nunc vero ad Provincialatum quoquo
modo eluctati, velut ejusdem Jüdices ituri
erant Genuam citim P. Mazatino? Quis vero
inter hæc doloris sensus Patri Rodulfio, qui ad
rationes actionū suarū reddendas Gener. Ca-
pitulo, tam hilaris, ac latus se præpararat, nunc
autem suspensus ab officio, extorris ab officijs
sede, omniq; ordinis domicilio exul, eò reda-
ctus erat, ut jam nec Genuæ comparere ipse-
met, nec Romæ alicui loqui, nec ulli suorum
scribere permitteretur? Sanè cōsimilis olim
afflictio, atque inde contractus mœror Anno
1338. extinxit, ac è vivis abire jussit Hugonem
Campanum XVI. Magistrum Ordinis Prædi-
catorum, nemt; cum à Benedicto XII. se-
quius informat distineretur invitus, ne cum
suis Generale Capitulum ex more celebra-
ret.

Itaq; Reverendissimo Ordini Magistro, ad
D. Petri vincula sat firmiter ligato pergunt cū
secutatetriumphi ad Genuense Capitulum,
eunt suū omnia absente Rodulfio, imo in
absentem. Jamque propemodum nefas vide-
batur dubitare, quin Transalpini Provincia-
les, vel absentia Rodulfij consternati, vel in-
dignati quod abesset, qui ipsis plurimarum

B 2 diffi-

difficultatum promissa remedia in illum diem
distulerat, vel demum atrocissima quæque de-
causa absentia credituri facile accederent,
partibus, quæ Rodulfum optabant brevi
compendio exauctoratum. Quo semel ob-
tento nil supererat, nisi ut pro quorundam vo-
to persuaderetur Orbi, Rodulfum nostrum
non Romæ; sed ipsomet suo Ordine judicante,
suis fuisse honoribus spoliatum.

Habes, nisi fallor ego, causam, imo causas,
affectionem, ac finalem, cur à Generali Capi-
tulo nostro Genuensi abesse debuerit Reve-
rendissim⁹ P. Rodulfi⁹. Interea vero longinqui
Capitulares harum omniū machinarū ignari,
immenso terrarū, mariumque tractu à finib.
Indiarum, Hispaniarum, Hungariae, Teuto-
niæ, Bohemiæ alijsque Genuam confluunt,
Mense Octobri, & ne de absentia Magistri Or-
dinis simplicem luctum capiant, invenerunt
ibid. P. Magistrum F. Michaelem Mazarinum,
Provincialē Romanum (qui tempestivè illuc
acesserat) ovantem inter suos, omniaque
jam Capitularis Præsidij munia securissimo
supercilio obeuntem. Aberat quoque quem
adesse plurimum optabamus P. Bro. An-
gлиæ, I. Ignatius Ciantes, universo Ordini
præpter ejus vitæ integritatem, prudentiam,
doctrinam & longam in bene regendo expe-
rientiam acceptissim⁹ sed Romæ detinetur,

ne Capitulo interesset, & quod iniquius, interdicta ei communicatione cum P. P. Vocalibus, per urbem transeuntibus, ne eos alloqueretur, non nisi post eorum, à Janua ad urbem redditum restituta. Aberant etiam P. Protis, inferioris Germaniae, Lusitaniae, legitimus Poloniae, Hiberniae, Chilensis, Orvaccensis & alij, quib. cum negotia nostra fidentius quam cum æmulis Reverendissimi P. Rodulfij (quorum nullus, quem ego sciam emansit) conferre cupiebamus.

T E R T I U S.

*Quo solido Iure suffartus fuerit titulus Praesidis, quem sibi vendicabat P.
Mazarinus.*

NE quid de clementi caperet Innocens S. Dominici Religio, durante lugubri suspensione sui Magistri, capessivit ejus habenas Eminentissimus Protector, ita jubente sanctissimo Papa, qui eidem Copiam fecit substituens sibi vicarium generalem Ordinis, quanquam ipse hac potestate uti noluerit, cum circa quotidiana dumtaxat aliquam dispositionem P. Procuratori Ordinis permiserit, graviora sibi reservans, ut collationes graduum, &c. Ita ne P. Mazarinus prætensis

B 3 qui-

quibusdam litteris ab Eminentissimo isto Ordinis Gubernatore, ut ferebatur impetratis credidit, aut saltim credi voluit sese institutum esse Præsidem, ac Vicarium Generalem instantis Capituli.

Porro quisnam sit ille Mazarinus, quo morum testimonio, qua ætate, ac maturitate præditus, an eximiè literatus, in Schola, an in pulpite (utroque an neutro) olim illustris, quis item, quotus, quantus suorum in Ordinem, aut Christianam Remp. meritorum census, quæ, quot, qualia gravitatis, prudentiæ dexteritatis ejus specimina, rogo te otiose, imo odiose, ne querito; unicum hoc tibi, quod multis alijs sufficere velim, germanus Frater est Eminentissimi Cardinalis Mazarini, illius, qui cum Eminentissimo Armando Richelio tot annis accuravit, & etiamnum auctorates & incrementa Coronæ Gallicæ, quo locum, ut Patres Galli mitterentur ad Capitulum populoſo numero, ac non sine comite mandato Regio, quo jubebantur adſistere P. Mazarino, ejusque studijs graviter adhærere. Rem ut erat ex ipſis met Genuæ ingenuæ nobis fassi sunt.

Hic igitur Mazarinus cum arcana hamorum aſcarumque ſuppellectile Genuam advolavit maturrimus, Mugiles egregie pifcaturus in illo mari Ligustico, sed inconno-
dum ei erat quod montes cui Civitatem per-
hui

cherimam illustri coronant hemicyclo) nunc sunt, insidijs latebras negant, dumeta, tef-
quas, lucos, comata, fucorum tegmina, ran-
cosa fraudum in umbra non ferunt. Cer-
te in urbe liberrima P. Mazarini intentio, quan-
tumvis aliquot diebus cautissimo pressa silen-
tio latere diu non potuit.

Ergo die 7. Octobris mane dum P. M. F.
Prosper de Florentiola, Provincialis Lombardiae missam in extima Ecclesia celebrabat,
Mazarinus repente arrepta Occasione signum
dedit, domesticosque celeriter ad Exedram,
ubi quotidianum Cœnobij Capitulum cele-
brari consuevit, campanulæ pulsu accivit.

Illic coram Conventu præsentibus tribus
dumtaxat Provincialibus sibi devotissimis,
ut quos cum fortè in usum per Brevia impe-
trata promoverat, legi fecit Patentes, quibus
institui se Præsidium ab Eminentissimo Protecto-
re prætendebat. Exinde locum, nomen, auto-
ritatem Præsidis Capitularis palam sibi assump-
psit, titulumque Reverendissimi non solum ad-
mittens, sed & cum jurgio quandoque exi-
gens præpropere supremo ordinis guberna-
culo summo compa adsedit.

Offendit meritò solertia ista, minimeque
candidus agendi modus P. Provincialem
Lombardiae, utpote suo per hoc fraudatum
loco, qui sibi supra Provincialem Romanum

ubique, at maximè domi suæ debebatur. Itaque ne tacitè consensisse videretur, his machinis, ad propinquum Urbi prædium secessit. Non defuere postea viri graves, qui revocato in p̄cōrdia animo, suspicabantur palā, nescio quid lubricum, aut versutum inesse prædictis Patentibus, memores nempe illius, quod Lūcius III. tam ingenuè olim admonuit,* dicens: Tales litteras à Cancelleria nostra nō credimus emanasse, vel prodijisse, vel si forte prodierint, Conscientia nostra quæ diversis occupationibus impedita, singulis causis examinantis non sufficit, excusa. Hic suspicandi licentiam dedit, primo, quia, ut fertur, totus earum character deprehendebatur esse de manu P. Jacobi Veri, qui Mazarino adh̄rebat socius, 2. deerat consueta subscriptio Domini Secretarij. 3. Sigillum Eminentissimi Cardinalis adeo obscure, tenuiterque appressum erat, ut agnosciri non posset, eratque non grande illud, sed annulare minutulum, quod instrumentis publicis solemnium Institutiorum adhiberi non solet, ac nisi fallor, in calce legebantur, Datæ Romæ, &c. cū tamen illis diebus Romæ abs fuerit Eminentissimus. Deinde cum diversi Patres Capitulares insorexerint crebrius, quatenus sibi illæ patentes videndæ, legendæque exhiberentur constanter, atque interdum etiam cum b̄ile renuit P. Mazarinus, fortè ne fucus aliquis aut morbus deprehendens

*Cap. 10. de
rescript.

25

deretur, nihilominus alii, nec disputare audiebant, nec credere. Patrem Mazarinum saltem in tanto negotio subque tanto nomine lusorum fallacibus chartifoliis, quod foret periculosè plentum opus alee &c.

Verum quidquid sit de sinceritate illarum litterarum, certum est Mazarinum nil solidi Juris per eas acquirere potuisse in præjudiciū nostrarum legum, ut nimirum iis invitis præsideret Generali Capitulo. Primo, quia in illis allegatis non Causæ, ut Causæ, nimis apertam clamabat subreptionem. Si quidem persuasum fuerat Eminentissimo Capitulum nostrum Jannuense, per absentiam tam Eminentissimi Protectoris, quam Reverendissimi P. Generalis (quod neuter istorum hac vice interesse poterat) necessariò acephalum fore, si ei per extraordinariam illam Institutionem Præsidis non subveniret. Idq; pro fundamento supponebant, & velut ad equatum unicumq; Motivum afferebant prædictæ Patentæ. Jam vero constat apertissime, nullum talis incommodi feipsa extitisse periculum, cum jam olim Constitutiones Ordinis legesque summorum Pontificum autoritate roboretæ providū ex cogitaverint remediū, ne absente Magistro, Ordinis ejusdemodi Capitula sine Capite manere possint, siquidē jus providēdi, ac eligendi Præsidem eo casu devoluitur non ad Prote-

26

* diff. 2. cap. & num. 2. ctores, sed ad ipsos Capitulares. Textus luce sua rediat. * Si vero Magistrum aliqua occasione abesse contigerit, unus de defini toribus ejusdem Capituli ab ipsis Diffinitoribus, vel majori parte eorum assumatur in Magistri Ordinis Vicarium, qui durante Capitulo, Vices Magistri gerat in omnibus dum taxat, quæ ad tractatus & acta Capituli pertinebunt. Fundamentum igitur præcitatæ Institutionis suppositum fuit, eumque ipsa corruit sponte innixa totius Institutionis fabrica, tanquam veritate narratorum, ac soliditate legitimi motivi destituta.

Secundo; Jus eligendi sibi Præsidem Capituli, (quod per absentiam Magistri Ordinis acquiritur Capitularibus) explicitum est, nec cessat, donec ei explicitè per sedem Apostolica-
lē derogetur, adeo quod ad illud extinguen-
dum Clausulæ Generales utiquam sufficiant. Jam vero nullum extitit, aut saltim ostendit potuit decretum, quo jus illud expressè ab-
latum fuerit Capitularibus: Primus enim Pa-
pa (qui ex plenitudine Potestatis id solus valueret) non voluit, quin potius, qua est Pater-
na in omnes humanitate, & Clementia, cum
interrogaretur, quid circa Genuense nostrum
Capitulum specialiter constitutum vellet, fer-
tur respondisse, Ut tantur fratres jure suo. Eminentissimus vero Protector idem jus Capitula-

87

rium, nec oppressit, nec unquam opprimere
intendit, potuitve, cum ad hoc tantum nobis
datus sit Gubernator, n^o edurante suspensione
(P. Rodulfii) Ord^o fratrum Prædicatorum ali-
qua in spiritualibus aut temporalibus detri- * ita Breue
menta patiatur. *

cit. sub Litt.
B.B.

Tertiò, Sanctissimus Dominus Noster in
Brevi, quo Regimen, & administrationem Or-
dinis nostri concredidit Eminentissimo Prote-
ctori, hoc solū autoritatis & Jurisdictionis ei-
dem addidit, quod in nos habere solent Magi-
stri Generales, sic enim habet: Prater & ultra
quascumq^z alias similes, vel dissimiles facultates
dicto Cardinali Antonio ratione muneris Pro-
tectoris hujusmodi de Iure, V^su &c. & alias quo-
modo libet concessas & competentes, &c. Du-
rante suspensione prefata eidem Antonio, Car-
dinali Protectori c^{on}mittimus regimen, & ad-
ministrationem prefatae Religionis, seu Ordinis
etiam in his, quæ ad Generalem pertinent, exclu-
so &c. Atqui licet quivis Magister Ordinis
pro arbitrio possit instituere Vicarium gene-
ralem totius ordinis, non tamen Vicarium
Generalis Capituli, seu Præsidem in sua absen-
tia, siquidem ejus liberam electionem ad ipsos
Capitulares in eo casu remittit Constitutio.
Cum igitur Institutio Mazarini è sola accessio-
ria illa Eminentissimi Protectoris Jurisdictione
succum

28

sucum viresque trahere cōnata sit, restat eam
omni juris vitâ penitus caruisse.

Nec obstat, quod in eodem Brevi concedi-
tur Eminentissimo Protectori, ut Vicariū cum
vōlet instituat, qui durante suspensione possit
exercere omnia, & singula munia, quæ ad offi-
ciū ejusmodi Generalis quomodolibet spectant,
aut spectabunt, consequenter & Pr̄sidentiam
Capituli Generalis. Nō enim hoc sequitur, eō
quod clausula Generalis ad ea tantum extendi
possit, quæ concernunt solitum regimen Or-
dinis, quo usque scilicet huic durante suspensio-
ne ipsiusmet Magistri, provisum non erat, nec
de jure per ipsummet ordinem provideri de-
bebat, non autem ad reliqua extraordinaria,
quæ longe diversam rationem induunt, ideo-
que seorsim distinctā expressionē requirunt.
Talis vero est autoritas pr̄sidenti Generali
Capitulo, quam proinde Generalis Magister,
aut ejus locum sustinens, nulli unquam Vica-
rio committere potest.

Adderet forte nonnemo illā Eminentissimi
Protectoris facultatem Apostolica solicitudi-
ne prudenter fuisse restinctam, ad consti-
endum, non quemlibet, sed personam vita, mori-
bus, & doctrina idoneam. * Porro ajunt P. Ma-
zarini doctrinam Generali Ordinis Magiste-
rio dignam, ac idoneam paucissimis hactenus
innotuisse, ut qui in Generalibus istis Comi-

* Verba sunt
Brevi cit.

tuis, interque scholaistica certamina (quæ illic
pro more & celeberrima feruebant diettim)
argumentum plane nullum (nec ferreum, nec
adamantinū, nullū, nullum,) è sumis quæ oc-
cupabat subselliis eructavit, nec in Confessiō-
tria verba latīnē balbutire potuit. Verum di-
sputet hoc, qui voluerit, neq; enim mihi pro-
positum est trutinare P.Mazarinum, sed stare
pro bilance Justitiæ in caula Ordinis ac Re-
verendissimi P.Rodulfii.

Sat esto, inanem, nulloque jure suffultum
fuisse titulum Præsidis, quem Genuæ sibi tan-
topere arrogabat Mazarinus, nec inanitas illa
in Eminentissimū Protectorē redundare po-
test, qui leges nostras ad unguem callere mini-
mè tenebatur, nec memoriaræ, sed Protectioni
suæ noverat Constitutiones fratrum esse com-
mendatas. Quod si vero Mazarinum re ipsa
legitimus Præses non fuit, (ut verè non fuit)
utique restat Capitulum sub ejus præsidio ce-
lebratum revera fuisse acephalum, proinde
invalidum, irritumque per omnia: Quid enim
valeant, vel millena membra sine Justo Capi-
te? Hinc vero alii viderint, quo loco ha-
bendos sint ordinationes, omniaq;

Acta Concilii Mazari-
niani.

QUAR-

30
QUARTUS.

Quam multipliciter, modestè, constanter, prætensiæ ejusdem Præsidis autoritatis fuerit contradictum à Paribus; quorum intererat.

Si creperi adulantium plausus, si præmatura confessorum Pœana, si deniq; opinio-
nis propriæ cataphracta obstinatio sufficerent
ad stabiliendum, omniq; dubietatis scrupu-
lo liberandum, scēptrum, quod quis asserit si-
bi, utique nil esse poterat stabilius, nil firmius;
auctoritate, ac titulo P. Mazarini, ut qui ideo,
jam passim, magnaque Patientia perferebat
appellarise Reverendissimum, perpetuoque
stipabatur agmine Clientum, Senatu asseclā-
rum, hōc est, eorum, qui vel privatis odiis ar-
deabant in Rodulfum, vel alienæ bilis stipen-
diarii spe rerum novandarum collaboraturi e-
rant ad Reverendissimi Senis ruinam; qua quid
certius sub hoc Præside?

Sed superveniente Diffinitores Hispaniarum,
& Indiarū pridie Idū Octōbris, proligioso
maris, ac ventorum favore Genuā delati, ce-
leritate pene incredibili, spectantibus, non ex-
pectantibus Mazariniānis. Hic fortuna eorum
in rugas contraxit vultum. Itur porro à portu
ad Conventum S.P.N. Dominici, sed prius

quam Cœnobii limen attingint hospites, monentur à fidis Regis Catholici Ministris, quis quantusque in herba lateat anguis; nimirum abesse Genua Reverendissimū P. Rodulfum, inde vero factionem æmulam potenter se munisse infestis prætentionibus, atque omnino principari velle liberis Comitiis, proclamato jam Præside Mazarino Anto-Rodulfianorum coryphæo &c. proinde consularent rebus suis, priusquam talis viri suspectis undequaque fascibus, temere succollarent. Ingressi deinde Conventum petierunt ex morè deduci ad P. Priorem, ut pro ritu Ordinis humi prostrati Benedictionem hospitalem ab eo susciperent. At confestim circumfuderunt se complures ex domesticis ad ista aucupia, forsitan instructis, qui contendebant illam obedientię tesseram non jam Priori exhibendam esse sed Reverendissimo P. Mazarino, ceu suum mo^m Co^mitiorum Præsidi. Quod cum facere abnuerent novelli hospites, ac non nisi P. Priori proficienda benedictione se sistere vellent, quidam ex bullatis illis Provincialibus Mazarino addictis ferociter Hispanos cum jurgio adortiunt, attamen retulere responsum blandius, quam meruerant, irrefragabilius, quam expectabant. Interim dissimiles prædicti, cū inter Cuneos fratrum obsepti incederent, inguiari quo ducerentur, inciderunt in P. Mazarinum,

rinum, cui tunc palam, & constanter, sed modestè sese excusarunt, quod obedientiam ei necdum præstare poterant, donec autoritas illius, ac momenta rerum pensiculatiū excuterentur.

Miror hic enormem lapsum memoriae, (ne quid dicam gravius) quo Mazariniani Electores in suo ad S. D. N. dato typisque excuso Apologo * scripsere, Præfidi Mazarino unanimiter ab omnibus præstitum fuisse obedientiam, acceptatas Institutionis suæ Patentes &c. etiam à Patribus Hispanis, quodque autoritati ejus sic se submiserint. Quæ quam Creticè vera sint, vidi eominus ego ipse, vide & tu infra in adversis horum Protestationibus, * sed ad rem.

Postera die, quæ Divæ Teresæ sacra erat, terrestri itinere per juga Ligustica penetrarunt Genuam usque Patres Provinciales Teutoniæ, & Bohemiæ, una cum P. Vicario Generali Stiriaæ, & Carinthiaæ, nunc Provinciali Hungariaæ, qui totius strophæ jam recensitæ penitus ignari, in ipso Conventus limine, accessum flagitarunt rectâ ad P. Priorem, & tituli ab illo benedictionem sed (dico an facta malo?) ducti sunt ad P. Mazarinum, quem ex vultu minimè noverant, credentesque eum Priorem esse, in media fratrum turbabenedictionem ab eo suscepserunt. At post paululum

com-

* quem vide
infra lit. N.

* lit. E.

comperto errore factum detestati sunt palam,
ac pluries coram diversis.

Extunc per Emissarios oppidò importunos agi cœptum cum his Provincialibus nunc divisim; nūc junctim, ut simul cum P. Mazarini contribulibus in odia P. Rodulfii descendederent, insinuatæ luculentæ promissiones, si secum amplecti rerum novandarum studia vellent: hinc plausta criminationum effusa in absentem P. Rodulfium, vélut invisum satrapis, jamque ad incitas redactum apud Curiā &c: inde amplificata Potentia P. Mazarini quidlibet Romæ valituri; eo quod in favorum gloria totus natet, perenni fortunæ vectus remigio, de meritis viri intrinsecisque qualitatibus altum silentium. Verum nec illæ pollicitationum illecebræ, nec ista sollicitantium, peneque licitantium crepundia persuaserunt Patribus seu trans-alpinis, seu transmarinis, ut clavis oculis, ad unici tantum rumoris arbitrium, mox agnoscerent, adorarentque Præsidem Mazarinum, quin ajebant, in re tam gravi patentes Institutionis, si quæ adessent, sub omnium, quorum intererat cōspectu exp̄andas esse, ac ponderandas: E contra negare illi atque obtendere, non fore ex usu, rursum eas ad lucem, & in cude in vocare, sat superque promulgatas fuisse coram toto Capitulo Conventuali, mereri fidem eos,

C

qui

qui interfuerant Provinciales &c. Sed repli-
 cuit argutè quidam ex nostris. *Faxo, obediatur*
ergo Capitulum Conventuale. Alius ex diffini-
 toribus transmarinis adjecit: Si inter vos, &
 nos de re privata cujusquam penderet Quæ-
 stio, liceret utique pro comitate acquiescere
 fidejussionibus Vestris, remque totā transige-
 re sub benevolā credulitate, nunc vero cum
 non nostra, sed Provinciarum nostrarum pu-
 blica hic nomina sustineamus, iisque lu-
 culentam aliquando rationem reddere tene-
 bimus omnium in hoc Capitulo Actorum,
 servatorumque jurium &c. quomodo possu-
 mus donare quidquam Urbanitati, aut studio
 gratificandi? quin potius Vos, si certiora ha-
 betis, non exigite, non fatigate sollicitam fi-
 dem nostram, tollite scrupulos, proferatur au-
 thentica Præsidis institutio, ut domi nostrę ex-
 cusabiles simus, quod cum admiserimus præ-
 ter Ordinis modum, viamque regiam; sicut e-
 nim omnium jus erat eligere Præsidem; ita o-
 mnium interfuisse putabitur, scire, an & qua-
 ratione jus illud diffinitoribus eruptum fuerit.
 Quid his postulatis æquius? At P. Mazarinus
 operose dissimulans, quas jactaverat Patentes,
 clausit, nec patere unquā fecit Hispanis. Cre-
 vit ergo apud exterios dolis suspicio, nec jam
 tutum videbatur, aut etiam coram Principi-
 bus excusabile, si Patres Conscripti (maxime

Austria-

Austriacarum ditionum) tam dubio Præsidii se subjecissent, cum quo nimis ruin secure satis tractari, aut conferti non poterant nationum status, ac negotia Provinciarum in utraque Germania, Bohemia, Moravia, Silesia, Hungaria, Hispaniis, utrisque Indiis &c.

Præsertim cum adessent Mandata Principū sua (ut par est) regna & imperia nunc, si unquam accurate Zelantium, quibus districte, admonebantur complures è Capitularibus, immo pars major, ne sub tali Capite sibi in Politicis tantopere, suspecto quidquam rationale tractare præsumerent.

Igitur hi Patres ex Mazariniano præsidio dispendia salutis publica, damage & pericula inextricabilia intuentes verius quam metuentes, rogare crebrius P. Mazarinum, obtestari nunc per se ipsos, nunc per alios, pro suo ordinisque honore & commodo tantisper ultro cederet periculosa prætensioni, permitteret juri ordinis, sacræ Constitutioni, avitisque legibus cursum suum ad evadendas (qua plane imminere ostendebantur) Confusiones, scandala, partiumque perniciosa, divortia, &c. sed furdo idem canebant fabulam.

Denique Patres Provinciales utriusque Lombardiæ, Teutoniæ, Terræ sanctæ, Bohemiæ, Diffinitores Arragoniæ, Beticæ, Mexicanae, Peruanæ, novi Regni, Granatenis & Guatimalæ

timalæ (Hibernus & Quitenis tunc nondum appulerant) coacto Concilio in cella Admodum Reverendorū PP. Lombardiax, unanimi calculo decreverunt suavem & amicam Legationem ad P. Mazarinum blandè, efficaciterque dehortaturi hominē, ne sc̄ tantopere obtinaret in frivola pr̄tensione, cum evidentiur vulnere, & totius Capituli desolatione. Adlectus in eam missionem, quo nullus aptior, P. Magister F. Sigismundus Ferrarius de Viglevano, tunc Styriæ & Carinthiæ Vicarius, Hungariæque Commissarius Generalis; Eadem adjuncti mitissimæ legationis socii P. M.F. Leonardus Hansen Germanus & P. Magister F. Paulus Merenda Picentus lenes ambo, & jurgiorum imperitissimi.

Sic mansuetè velut cum olea itum ad P. Mazarinum, qui tunc forte solus erat. Cœpit quāta potuit modestia orare legatus, suadere, rogare, rationes exponere, ademum loqui quæ jussus erat. Tum vero exاردescere Mazarinus, vultu, gestu, clamoribus, ferocire, increpare, ac tantum non crepare, vocibus. Inde conversus ad alterum Sociorū Germanum impetuose interrogavit; quinam ille legationis authores, ubi quid in mandatis deditissent. Hic vero latinam parabat responsionē, quod idioma (nescio quo facto) Mazarini auribus duriusculum est, itaque abrupta quæstione, ac

divisurus iram cum suis Aſſeclis, raptim advo-
care fecit Provinciales ſibi devotos, qui ple-
riquetam ſedulo ejus liminibus, quam cona-
tibus adhærefſcabant. Formatur tumultuariò
Senatus, confident omnes, jubetur Legatus
ſtans instaurare Propositionem, paulo ante
factum, quæ tamen tum à P. Mazarino, tum à
cæteris interrumpebatur, ad singulas pœnè
periodos: fremunt omnes, ac ſi audiffent bla-
ſphemiam, tenent promiscue vota suffragan-
tia ſine ordine, minis, sarcasmis, ſibilis omnia
perſtrepunt. Denique P. Mazarinus toto ſu-
percilio, velut in promontorium, attracto re-
ſpondit: iret modo legatus referretque ſuis,
yelle ſe, ut poſtridie ſua in scriptis propo-
nant, ſe quidem Provinciales illos omnes, qui
legationem miſerant abſoluturum ab officiis,
ab ipſo autem Legato, auſpicaturum initium.
Item post exitum hujus Generalis Capituli ſe
diſcūſſurum. Quinam ex iis habendi ſint tan-
quam refractarii & ſchismatici. Superi boni!
tam certaſpe generalatum, jam tum devora-
verat, ſicque bonus Pater M. Sigismundus a-
ſpergimis clamoribus confertim faburratus,
probroſe remittitur ad ſuos, quorum noini-
ne venerat, quique eum adhuc uniti oppre-
riebantur.

Vides puto, ſuſpectæ hujus Præfidis auto-
mati fuſſe contradic̄tum fraternè, & amicè,

C 3 at ſu-

at sustinendum sextus & septimus Radius
duxerit, ut Canonicas contra eandem factas
Protestationes pariter intueamini.

Vide initium
litt. D. & E.

Q U I N T U S.

*Quanto molimine egerit P. Mazari-
nus, ut Patribus sibi contradicentibus obedien-
tiam, & cessionem juris possessi (eligendi
Præsidem) extorqueret etiam
invitis.*

Dicam breviter, violento. Quippe jam vi-
derat Transalpinos & ultra marinostam
advenisse integros ut corrūpi pollicitationi-
bus, tam constantes, ut flecti blanditiis, tam
denique vigilis, ut circumveniri solertia non
facilè possent. Igitur à vulpina ad lupinam
eundum fuit, dentesq; palam acuendi in prœ-
lia robustiora. Ac primo quidem quæsitus in
scirpo nodus, an P.M.F. Dominicus Marinus
Terræ sancte Provincialis, ac socius Reveren-
dissimi P. Rodulphi legitimam in hoc Capitulo
voce in habere censendus esset. Idem voca-
tum in dubium circa P. Diffinitorem Provin-
ciæ S. Antonini de novo Regno. Constituti
proinde quatuor judices suffragiorum æsti-
matores, horum, (ut & reliquorum in aliis
causis deputatorum judicūm). Catalogus ex
more affigitur in loco publico cum ista sub-
scriptione F. Michael Mazarin^o qui sup. m.p. A.
hem

hem! *supra* quid? non enim in summitate illius chartæ fulgebat nomen aliquod, sive Mazarini, sive cuiusquam alterius hos judices deputantis, ut plurimi cum risu notavimus. O miserat hoc Secretarius Mazarini casu dicam an studio, ne scilicet nomen hoc titulo Præfis disphaleratum excitaret Patres ei adversantes, adigeretque in protestationes. Aut forte *supra* tendebat ad judices illic scriptos, quasi dicat hypographa, F.M. Mazarinus, *qui supra* judices, hoc est qui extra Controversiam, qui ultra teli iactum positus est, verum hoc ridiculum erat, cum nulla magis *sub* judice lis esset præ illa, num Mazarinus validè, vereque sit Præses.

Sed ad rhoīnum, militabat pro legitimo Provincialis Terræ sanctæ suffragio pravis Ordinis vetusta possessio, ac novissimè decreatum luculentissimum Urbani VIII. unde argumentis ineluctabilibus undiq; involuti opūgnatores, deumque ad hunc gemebundi conticuerunt. De altero pertinacior controversia in finem usque perduravit, cum tamen solidi nihil quod opponerent haberent, non defuerunt qui diffinitores Indiarum absque discrimine simul omnes expungi, ac diffinitorio à veri debere altissimè intonarent, eo quod in casum tantum electionis novi Magistri Generalis hos ad Capitula generalia mitti, & admitti posse contenderent, ajebantque, *nunc*

vero sumus extra casum, neque enim hic novum Ordinis Magistrum electuri sumus. At utrumque falsum erat, ac primum quidem liquidum refutatur ex clara littera Capituli Romani, * reliquum ex eventu. Denique vel Ordinat. 27. de qua sup. Rad. 1. §. sed ipsiusmet quoque P. M. Diffinitoris Arragonie ne quem. votum (adeo nihil reliquere invellicatum) suggestente quodam inquieto F. Marinero, non puduit subjecere Disputationis equuleo, donec suggestorem die quadam in confessu publico pudefacerent amplissimæ Patentes, quas Diffinitor opportunè produxit, ut garculo obrectori os obliuaret. Ac iste quidem obmutuit, sed eruescere non scivit.

Ah quam erat satius vocare in examen vota illorum Provincialium Bullatorum, de quibus supra- quam præstabat decidere jus controversum P. Chrysostomi Pollevicii, cui super titulo Provincialatus Poloniae litem ex nomine totius Provinciae jam tunc juridicè indixerat P. Mattheus Borrovicius, tandemque evicit, at serius, & post Capitulum. Verum non fuissent hæc è re P. Mazarini, qui eos judicii aleam subire fecit, quos nulla in Rodulfum odia armaverat, suos vere Bullato non judicandos, sed judges esse præcepit, autoritate qua supra. O Præsidem æquissimum! sed attende quem alium in nostros arietem, priori illo obtrito recussoque impegerint.

Dre

Die postera sub Noctem P. Mazarinus diem
dixit Patribus Provincialibus Teutoniæ , ac
Bohemiarum, ipsosque ad suum conclave descendere, & coram collecto ibidem adversantium
pleno senatu ambos , at solos se sistere compulit.

Consedêre omnes, ac primus P. Mazarinus
collecta in frontem omni severitate , num agnoscere ipsum velint instantis Capituli Ge-
neralis Præsidem interrogat , simulque præ-
ruptam , ac minimè sinuosam responsionem
imperat.

Tum P. Provincialis Teutoniæ , cuius erant
primæ respondendi vices , Latino idiomate,
germaniaque lenitate in hunc fere sensum ex-
orsus est loqui ; Mirari se dudum , tam a-
spatum, ac durum procedendi modum, quo se
suumque collateralem hactenus excipi vide-
rat, ac porro tunc premi videbatur existimare
se, cum & ipsemet Provincialis esset, se illic suis
æ qualibus, & collegis non Dominis assidere, si
ad Juris libellam agitur: sin secus agerent por-
ro, quæ minitati fuerant , se exterum, & Cœ-
nobio unde quaque jam sub noctem oppessu-
lato in manibus ipsorum esse. Pacem in-
stantis Capituli quam maximè sibi cordi suis
se ac fore, sed secundum Conscientiam, & sal-
vo Jure . &c. Interjecta dein importunior, ma-
gisque ionora quæstio , num quid summi

Pontificis (quem esse Regem Regum , & Dominum Dominantium dixerat pridie Mazarinus) autoritatem (ut pareat) revereri velit , nec ne ? Respondit se , si sumimi Pastoris autoritatem , vel nesciret , vel nolle in omnibus , & per omnia revereri , imo ad sanguinem usque tueri , utique Generalis Inquisitionis officium , nec adepturum fuisse olim , nec admis surum . Dediisse se ac porro daturum ejus reverentiae specimina : proinde scirent , se Apostolicæ sedis , non reverendissimum tantum esse , sed & lustris complusculis Ministerium illibatum . Inter hæc & similia ultrò citroque jaclata tam fuit commodum Provinciali Teutonico nescire linguam Italicam , quam incommodum P. Mazarino non sat intellexisse Latinam , quare ipso relicto repente se convertit ad Provincialem Bohemiæ , nempe Italem illum , ac ejusdem cum ipso labij , quid vero ipse sentiret interrogans : ille memor hesternæ Legationis cui responsum fuerat , scripto conciperent , qui aliquid auctoritati Præsidis oppositum vellent , respondit , scripto sese declaraturum . E contra urget Mazarinus , courget reliqui , ut modo , modore spō deat , acclamat nonnulli minaciter , hortantes virū , ne graviora experiri velit ; Replicuit ille , darent tempus , se scripto responsurum , habere

ber ferations , quæ perfunctorio brevique responso claudi minime possint.

Hic vero confusus , circumfidentium inva-
luit fremitus , duplicantur minæ , arrigitur bi-
lis uno eorum palam suggerente , hos *Ferlin-
gottos* (vile nomen) levi impendio compin-
gendos esse in Carcerem , quis enim vel hi-
scet pro illis ? alij eos privandos esse officijs ,
alij vibrandos anathematisinis submurmuru-
rabant.

Itaque surgens Mazarinus jam Prætori ,
quam Præsidî similior , jubet P. Provincialem
Bohemiarum humi procumbere , quod
& factum , siquidem sat videbat se violentis
obsessum Judicibus vim declinare jam non
posse , sicque jacenti formale præceptum im-
posuit autoritate Apostolica , insuper addita
pœna excommunicationis latæ sent. absolu-
tionis ab officio , & ni fallor etiam Carceris , si
ulterius detrectaret agnoscere præsidem .

Vide hic mi Lector , quam absurde , ac mul-
tipliciter in hoc actu peccatum fuerit à P. Ma-
zarino , miraberis hominem , qui ad totius Or-
dinis Magistrū prensandum se præparabat , in
unicum , ac breve prætensiæ Jurisdictionis o-
pus tot simul injurias potuisse consarcinare .
Primo dum formale Præceptum in ira . Secun-
do , quod octenus dumtaxat . Tertio quod
non solum absque scriptura , sed & sine prævio
matu-

Tit. 5.

maturo Concilio fulminare præsumpsit re-
clamante Concil. Trid. Sess. 25.c.3.nec non
Constit. nostrarum Prologo * decretis item
generalium Capitulorum Parisijs 1269. Oxo-
nij 1280. Ferrariae , 1290. Bononiae , 1564.
Quarto dum pœnam absolutionis ab officio
Juridicè comminari ausus est , cum tamen
ea sit extra forum , & authoritatem Præsidis
Capitularis , quousque nondum electus est
Magister Generalis, ut expresse mandat Con-

* Dif. 2. c. 4. t. 2. se nulla-
tenus intro-
mittat.

stitutio *. Quinto dum usurpavit autoritatem
Apostolicam , cujus tamen , nec micam ha-
buit,nec in Capitulo vel syllabam Commissio-
nis ostendit. Quanti vero sit ponderis hic abu-
fus, tantique nominis usurpatio , alij dijudi-
cent. 6. Finge Mazarinum verè habuisse au-
thoritatem Præsidis , attamen illam anticipa-
re , ac ante solemnem Capituli inchoationem
præmatura occupatione taliter arr. pere , seu
ante legitimum tempus exercere nequaquam
debuerat, hujuscemodi præsidium uti , & dissi-
nitorum autoritas præcisè commensuretur
durationi ipsius Capituli , adeoque tam ante,
quam post Capitulum sit omnino nulla , ut
habet Constitutio *. Quia igitur autoritate
Mazarinus tam hunc , quam alios Jurisdic-
tio-
nis actus exercere potuit tot diebus, imo heb-
domadibus, antequam ei per temporis statuti
accessum panderetur forum suum, quod rat-

Dif. 2. c. 8. t.
§. & c. 9. t. 1.

non ordo, sed solum Capitulum? Esto inquam
fuerat Mazarini præsidio subiectum generale
Capitulum (quod intra decem dies extare
poterat)* at antequam ullum extaret Capitu-
lum ei subiectum, quis interea universos ac
singulos ei subiecerat Provinciales, ut eorum
interim Cervicibus imperitaret? bellè profe-
cto. Comitia in diem 26. Octobris auctorata
fuerant* & interim is, qui diffinitorio tantum
præcessé debuerat (si tamen debuerat) longe
ante jus aliud sibi arrogat in Provinciales, mi-
nimè tunc subditos sibi, scilicet rem dignam
gessit futuro quod sperabat imperio.

Veruntameni quisquis unicum hunc P.Ma-
zarini actum tot excessibus prægnatum æqua
Lance perpenderit, facile coniçiet cuius pon-
deris fuerint reliquæ ejusdem actiones, imo
quibus impedimentis canonicis, ac censura-
rum nodis sese jam tunc implicuerit egregius
Præses. Sed ad nostra.

Cesserat jam non juri sed iræ P.Mazarini
coactus P.Provincialis Bohemiæ, confidens
ita fore ut promittunt Canones*, cum in-
quiunt quilibet, coactis malus exitus habere solet.
Nam di postero de vi & injuria totiusque
facti nullitate solemniter fuit protestatus. Vi-
de infra rad.6. Ergo ab hoc iterum P.Provin-
ciali Teutoniæ se obvertit Mazarinus, obe-
dientiam quoque illi pari dolopum suavitate

extor-

* Neg. enī
extendi ultra
hoc spatiū
potest d.s.
c.g.t.7.

* Vide clare
in Convoca-
toria litt. E.

* Cap. eum
locum cum
vulgarib. de
sponsali.

extorsurus. Forte enim credebat hunc iactu
sui collateralis perculsum ultro daturum man-
us. Atvero ipse nihil fractior, Latino i-
dentidem responso (quod minime peteba-
tur) sese extricavit qua potuit, replicans in re-
tam gravi, ad minimum sibi loquendi spa-
tium copiamque deberi, quod si officio se
suumque collateralem exuere, si in carceres
& vincula retrudere, si anathematum fulmina
pleno Jove depluere velint, neutquam ea no-
cte se fugiturum per occlusas fores, superasse
forsitan dulciora media ad omnem utrumque
ambiguitatem tollendam, &c. Sed P. Ma-
zarinus peregrini idiomatis, & dialecti non
admodum gnarus interrupit loquentem,
crebriusque turbavit, donec ex suis met con-
tesseratis intercederent aliqui, sineret saltem
Teutoniæ Provincialem finire suam perio-
dum. Acquievit ergo ille, perexit iste, & sum-
ma responsionis fuit, Roma sese expectatu-
rum hujus ambiguitatis decisionem Aposto-
lcam, cum enim (inquit) octiduum adhuc &
amplius nobis supersit, ante solemnem in-
choationem cuiuscumque tam Præsidariæ
quam Capitularis, ac Diffinitoriae autoritatis
litteræ hinc, & inde committare facile poten-
runt. Interea vero ne solus inter omnes videri
possit singularis, dissimulaturum sese tantisper
quoad titulos, quos tam studiosè urgebat P.

Ma-

Mazarinus, cum ea Compellatio, nil juris ad-
huc tribuat, vel auferat. Dubitabat adhuc P.
Mazarinus, num iste finisset periodum, sed
edoctus ab alijs Provinciale Teutoniæ per-
rassæ, confestim vices Latinæ, & respondendi
commisit P. Provinciali Occitaniaæ. Summa
erat, scriberent Romam, quæ & quantæ vel-
lent, se Præsidem esse, suæque autoritati con-
stanter inhæsurum, & sic illo vespere disces-
sum est.

S E X T U S.

*Cur ḡ quomodo locum Capitulo de-
stinatum reliquerint Patres Capitulares à
factione Mazarinica alieni.*

CRescebat indies agmen & animus P.
Mazarino, confluentibus ad eum his,
qui aut rerum noⁿ andarum studio, aut Reve-
rendissimi P. Rodulfi tædio marcebant im-
patienter. Et quamvis Gallia tota quatuor
tantum vocales, cum totidem socijs ad gene-
ralia nostra Comitia destinare posset, ac so-
leat, comprecere tamen ex illa Natione circi-
ter octuaginta, qui etiam cum pennato fa-
milio admissi liberaliter, majorem ferme
Cœnobij partem annuente P. Mazarino, so-
norè popularunt.

Ex

Ex nostra vero parte, nec unicus quidem ille frater conversus tolerari in Conventu potuit, quem Provincialis Teutoniæ, ac Bohemiæ placentia secum adduxerant; pro quotidiano ipsorum ministerio; quin potius ille, ubi innotuit eum his Patribus famulari, confessim à Conventu, & urbe dimissus fuit, simili humanitate negatum fuit P. Provinciali Terræ sanctæ, ne socium amanuensem, quem adduxerat unicum secum, vel primo vespere retineret, nam illa ipsa qua venerat hora lastrum, ac permadidum expulerunt.

Nec tamen ita nos nostra terruit Lustrata paucitas, quantum alios animabat conferta suorum inmultitudo, unicum istud accedebat nobis molestius, quod qui Mazarino non placebamus in diversis, in diversis dormitorij percellas longinquiores, minusque commodes distributi æ grè aliquando ad conferenda, communicandaque invicem concilia poteramus congregari, sicuti observabamus convenisse, mox aderant, qui non vocati importune se ingererent, ac specie visitationis, aut quovis alio supervacaneo ritu, vel prætextu confessus nostros abrumperent, diverterent, præpedirent, aliter porro munita erant Mazariniana conclavia, ut assidue Fratrum Conversorum excubiæ intimis aliorum consu-

Fultationibus imperturbabilem præstabant securitatem.

Notabamur insuper torvis cæterorum oculis, tanquam propediem egregiè depeetendi, adigendique fulmineis censuris ad jugum Mazarini, vel ingratij sive eundem: siquidem occupaverat omnium pene fidem ampullatus rumor; Reverendissimum Præsidem Mazarinum copiose pharetratum esse, imo undique obarmatum varia Panoplia Brevium Apostolicorum, jaçtabatur arca plena talium armorum, & certe ita esse metuebant etiam cordati, tum quod conjectarent non esse de nihilo tam diffibulata in homini presidetiam, tum etiam, quia ipse metus semper in ore gestabat minaciter autoritatem Apostolicam, summaque ruentia fulmina Romæ, quæ sane nec ab Innocentibus unquam sunt temere aspernanda:

Hos inter labores, & pavida credularum suspicionum ludibria exacti dies aliquot, nobis anxie hærentibus ancipiti, utrum porro consultius, & quid hoc rerum statu potius agendum videretur. Cederemus loco? at verendum. Quat' ne per ignavum Metum Ordini crederemur, defuisse in summo discrimine, præsertim si forte adesset inter arcana Mazariniana decretum aliquod Papale, quo Capi-

D tula-

tularibus judicium Reverendissimi Patris Roldulfij, novique Generalis electio extra Communis Juris orbitam permitteretur; hoc enim non minus nostra, quam ipsorum intererat. Maneremus? sed sub tam violento Praeside, nulla futura erat suffragiorum libertas, quisquis ei in ullo dissentire ausit, mox ultima dirarum, irarumque tonitrua in se contorquenda expectabit. Quid enim non presumptu-rus erat in sua Exedra inchoato semel Capitu-lo, qui ante tempus suae potestatis, carceres, anathemata, privationes officiorum obtinuerat iam suis Conjudicibus, idque sub arrepto titulo ipsius Apostolicæ autoritatis? num vota? num Provinciarum jura, num Personæ ipse sub Manliana hac dictatura sat tutæ forent? tumultuari vero, & inclitū Conventū implere rumoribus, urbem scandalis, non licebat, non libebat, non expediebat, quid igitur arripiendum potius inter Saxum & Sacrum?

Denique jam ipsa meridie clarius erat, sive tumultu, ac turbis, & forte, ne sic quidem admissuros Provinciales (quos subreptitijs Brevibus repisse in hos titulos sciebamus) fese à vocalium numero excludi. Quid vero in tali Diffinitorio rite, ac valide tractari posse speraremus, in quo jam providebamus nullo modo emanuros, qui reversa excludendi e-

rant,

51

rant, nec admissosiri, qui interesse debebant? Larva Diffinitorij ea esse poterat, legitimus concessus nunquam. Num vero hac facilitate, & iniquissima Conniventia decipiendus nobis erat Ordo.

Tandem die 23. Octobris ultro adconventum S. Dominici Genuæ concesserunt Ministri Regis Catholici, prolixèque & solide exposuerunt P. Mazarino, quæ in mandatis habebant, inde conversi ad Patres, qui ex Austriaeorum Principum ditionibus advenabant, ijsdem edixerunt, graviter interesse Statui, ne illorum quisquam sub P. Mazarini Præsidio diffinire aliquid, aut Provinciarum Negotia tractare præsumet, sicque ex nomine, tum Augustissimi Imperatoris (cujus plurimæ defuper formatæ aderant Litteræ) tum Regis Catholici mandarunt. Secederemus tantisper à loco Capituli ad spatiæ tutiora.

Ægrè ad hoc secessionis extremum consilium adduci potuere Patres, iterumque res protracta in Novam deliberationem, donec pensatis omnibus judicatum est salubrius, dare locum Iræ, modestoque recessu tumultuosa oratione etiam declinare.

Ergo eadem die post prandium P. Hispaniarum, & Indiarum omnes uno agmine adierunt P. Mazarinum, eique in pleno suo-

D 2 ruin

rum asseclarum sigmate breviter, ac modeste rationes, ac necessitatē sui abitus explicāe-
runt, quamque inviti, ac dolentes recedērent
à loco Capituli, &c. rogantes, ne id ipsis
verteretur vitio, vel traheretur in præjudi-
cium, se enim à sola domo, at nondum à Ju-
re suffragiorum, quod in illo Capitulo habi-
turi erant recedere, quin potius hāc expre-
sē sibimet reservatum velle, simulque exci-
pere contra omnia, quæ sine ipsis circa com-
mune Ordinis regimen in illis forte Comi-
tijs forent attentanda, protestantes corā Nota-
rio Apostolico inter eos inibi præsente de ta-
lium omnimoda nullitate.

Hic deniq; mirari lubet, quæ seu frontis seu
occipitis vertigine alij ad S.D.N. scribere typis-
que exprimere ausifuerint*, hos Patres à Re-
verendissimo Præside Mazarino in illo con-
fessu publico rogasse, *Veniam*, ac *Licentiam* di-
scendi ē Capitulo, *Coruentu* & *Civitate*
Januensi. Nimirum Samnites, quæ vellent
somnia, persuasumque cupiebant summo
Pontifici, hos Patres publico subjectionis
ritu agnoscisse autoritatem Mazarini, ac dein-
de cessisse Juri Votorum suorum! sed cōmo-
do cohærent ista? si Mazarinum acceptarant,
ut Præsidem, quid opus erat excedere loco,
ejusque imperijs sese subducere? quidni po-
tius

*Vide infra
līt. N.

tius cum Patribus Neapolitanis etiam isti contumaciter deinceps adhæsissent Lateri P. Mazarini , velut ægrè in Patriam reddituri? certe non expectarunt Hispani à Mazarino *Veniam* abeundi , convitijs potius abacti sunt, cum minimè mererentur. Nempe leniter ipsi coram illo senatu proponebant sua , dum quidam ex Collateralibus Mazarini bile, quam Charitate plenior acerbo mox illos convitio perstrinxit , quo post longam nimis patientiam gravius irritati, ne res in disceptationem iret in quem tumultum desineret , abruperunt, & sine mora ulteriori egressi sunt , unaque cum ipsis Provinciales Teutoniae ac Bohemiarum nuper haud mitius offensi illa Mazarinianorum ur banitate Cyclopicā.

S E P T I M U S.

Quid Patres taliter à Mazarino digressi, deinceps egerint proficiens, ac reservatae vocis assertione.

Hoc taliter divulgatis , quidni solus cum suis Comitibus celebraret Mazarinus? quidni miser ac indefensus inter infenos jam rueret P. Rodulfius ? sed hac vice fefellit alea Mazarini peritiam , neque enim sic ludum

D 3 aut

Diss. 2. c. 2.
aut tesseram patiuntur Sancta Sacrorum
minum jura, sicut Hirpini Lupi apud hospitem
sorani. Reliqueramus Conventum, fateor
ne ulterioribus injurijs subjaceremus, at
substiteramus intra Genuensis Urbis mæ-
nia, ne Juribus nostris cessisse videremur,
si enim in electione Priorum Conventua-
lium Jus retinet vocalis, qui per Diætam
abest, ideoque advocandus est si forte do-
mi immincat electio *. Cūr non etiam in
Generali Capitulo salvum maneat jus suffra-
gijs illis, qui vix secundo lapide absunt à
Conventu, locoque Capituli? cur non pari-
ter, & isti advocentur, si forte ingruat novi
Capitis electio, quin quid ibi major ab-
sentum distantia non tollit, minor hic
tollet?

At audiamus Apologum * Mazarinicūm,
Narrat ille in suo ad Sanc*ctissimum* excuso
schediasinate, Patres digressos *furtivè*, latuif-
*se in Damib*us* secularium*, à die sui recessus è
Conventu. Proh Punicam fidem! num
Genuæ Domus illa, cui à Cruce candida
publicum nomen est (in qua *nic* simul
commorabamur omnes, donec acceptare-
mus oblatum Excellentissimi Duci Auriæ
palatium) num inquam ejuscemodi Domus
latibulum esse poterat? non trepidavimus,

qua-

quamvis Sancta Crux illic nos esse clama-
ret , nec enim ascenderamus per fenestram ;
Denique non erat is Causæ nostræ vultus ,
aut fœditas , ut *furtim* se abscondere debue-
rit , nec tanta apud P. Mazarinum pro no-
bis oppido requirendis sollicitudo , ut nos
ipsos alicubi cogitaremus occultare , & Ap-
paritorum silentia dipondijs emere . Sed
missas faciamus has nugas .

Nos exinde commune omnium nomine
scripsimus S. D. Nostro , exponentes Apo-
stolico throno totius rei seriem , Ordinis ,
ac Provinciarum nostrarum præsentissima
pericula , ac præcipue ineluctabiles difficul-
tates Præsidij Mazariniani : Epistolæ Copiam
habes infra sub litt. Similiter scriptum E-
minentissimo Cardinali Barberino Patrono ,
sed istarum Copias recuperare non potui .
Denique invocata eodem die per litteras Pro-
tectio Eminētissimi Cardinalis Antonij
Protectoris , harum Copiam invenies infra
litt. C.

C.

Quia vero placuerat Patribus insistere
illi , quam cœperant Viæ Juris , de con-
cordi omnium sententia electus est eum
in usum apprimè idoneus Causarum nostra-
rum Procurator , P. Magister F. Adrianus
Cardinalius de Genua , vir doctus , & rerum

D 4 Or-

Ordinis, (quas per annos aliquot sociali-
pera Romæ administraverat) peritissimus.
Huic igitur coram publico Notario, ac
testibus solemniter commissæ sunt omnium
nostrum Vires, ac Vices, ad effectum Ju-
ridica reclamandi singulis attentatis P. Ma-
zarinī, & contribulium. Ipse vero die
postero adiit Conventum S. Dominici,
scripto, ac voce insinuaturus nostrorum
Capitularium trinas Protestationes, utque
corundem Nominis interponeret solemnis-
simam Appellationem ad S. Sedem Apostoli-
cam, una cum recursu ad Eminentissimum
Protectorem, ne quid scilicet rerum no-
varum molirentur Mazariniani circa com-
munem Ordinis statum, ac regimen do-
nec Romæ à nostris jam seriò implorata re-
sponsum daret, quod propediem expecta-
batur.

Athēm quam erat Procuratori nostro diffi-
cile apud P. Mazarinum ejusq; devotum Con-
sistorium intromissionem impetrare! fingunt
Litt. N. in Apologo cit. irruisse illum violentē, viri-
busque aditum quæsivisse, sed falluntur aut
saltim fallunt immemores; nisi hanc violen-
tiam appellent, intrasse non vocatum, matu-
ruisse ingressum, quando forsitan per custo-
dum incuriam patuerat ostium, noluisse foras
excedere, donec audiretur. Denique non ex-

pavisse vultus illos, quos velutè Trophonii
antro obscurissimos in ipsum distingebant i-
rati assessores. At norat vir iste Mazarinum, ab
ovo, ideoque non timuit. Audiere protestan-
tem, qui Mazarino confederant, sed ita, ut in-
terstrependi, obstrigillandi, refutiendi vix fi-
nis esset, obstetricantibus, videlicet illis, qui-
bus veritas odium pariebat. Demum porre-
cti in medium Protestationum libelli, prima
earum erat Patrum Provincialium Teutoniæ,
ac Bohemiæ, cuius tenorem vide infra.* Altera-
ram mittebant Patres, Diffinitores Hispania-
rum, & Indiarum prolixiorē quidem, at ejus-
dem ferè argumenti, cum priori (eā invenies
sub lit. E. Tertia cuius aprographum nobis
excidit) accedebat privato nomine P. Provin-
cialis Bohemiæ, contra vim & injuriam nuper-
rimè sibi illatam à P. Mazarino, quam supra o-
stendit Radius 5.

Verum ad hoc omnia à parte adversa re-
sponsum est nihil, vel quia jam assueverant a-
spernari nostros, quos Ferlingottos compel-
laverant, vel quod circa suas machinas, sco-
pumq; intentum sensus omnes habebant oc-
cupatissimos, actanto quidem fervidius, quo
deceramus arbitri, adeo sufficiebat P. Mazarino
beneficium nostræ absentiæ, quis enim præ-
sentium mutuo velle crederetur? sed num id-
eo probus quis est, quia conscientia hortu-
lanus?

O C T A V U S.

*Quo modo, forma, jure, & quisnam
illi ab officio Generalis Magisterii deturba-
verint (vel quasi) Reverendissimum
P.nostrum F. Nicolaum
Rodulfum.*

ITaque 25. die Octobris prima Sessio Capi-
tularis solemniter instituta fuit in Conven-
tu S. Dominici sub Præsidio, non Præsidis Ma-
zarini, confedere illic præter Provinciales u-
triusque Lombardiaæ, & Terræ sanctæ duode-
cim alii, plerique notorii Inimici Reverendissi-
mi Patris Rodulphi, videlicet Provincialis
Franciæ, Siciliæ, Occitaniæ, S. Dominici Ve-
netiarum, ac prætensi Apuliæ & Poloniæ insi-
gne par pugnacissimorum obtrectatorum in-
nocentis Rodulphi, cum his sentiebant, ac se-
debant alii paulo mitiores, nempe Provincialis
Regni Tholosæ, Aprutii, Russiæ, Calabriæ
& Aquitanus, seu Provinciæ. Cæteri qui foris
degentes responsum identicem expectabant,
ne moniti fuerunt, nec citati.

Huic ergo qualicumque Diffinitorio, (Tri-
bunali certe non integro, partiali, variinq; no-
minibus suspecto) ante omnia proposuit avi-
dissimus Præses nedum præcipuum de depo-
nendo, perque sententiam præsentium judi-
cium à Generalatu dejiciendo Reverendissimo

Patre

Patre totius Ordinis Prædicatorum Generali
hactenus Magistro F. Nicolao Rodulfo.

O dulce acroama in auribus malè-affecto-
rum! quis non pedibus in hanc sententiam
desiliendo jerit, si vel Miphibosethi languida
crura trahatalias? attamen stupere nonnulli
ex mansuetioribus ad crudam hanc Proposi-
tionis formam. Denique P. Provincialis Lom-
bardiae modeste respondit Præfidi, rem tan-
tam adeo raptim, ac desultoriè peragi nō pos-
se, ratione tractandam esse non impetu, Judi-
cii, jurisque Ordinem exigere, quod aliqua
saltim præmittatur causæ cognitio, statuatur
Corpus delicti &c. * nunquid enim Magister
Ordinis quolibet fratre etiam converso erit
conditione deterior. * Verum P. Mazarinus
uni suo intentus scopo, vel minus capiebat i-
sta, vel juris iter longum suisque compendiis
minus opportuum fore, conjectit, pro-
inde non admisit moras, sed propere, ut ad
vota secreta procederetur, ursit, quasi tacitè
respondens, si non esset hic malè factor, non
tradidissemus eum tibi. Præparantur ergo ad
urna. ~~ca~~culi, actanto fidentius, quanto jam
securior erat Præses, omnes, aut plerosq; præ-
sentium suffragatos pro affectu quo in Ro-
dulfiū erant amarissimo. Viso hoc novo, &
inaudit⁹ judicandi modo surrexit P. Provin-
cialis Terra sanctæ, interpositaque diserta, ac
gravi

* Quid enim
malifecit?
vide dist. 2.
c. 8. t. 6.

* Vide formā
judicii in
ord. nostrō
dist. 2. c. 16.

gravi protestatione exceptit animosè contra
qualitatem judicū, dubiamque Præsidis au-
toritatē. Insuper pro indemnitate indefensi
Reverendissimi P. Rodulfi oggesit manco
Tribunali solemne repagulum Canonicæ Ap-
pellationis ad Eminentissimum Protectorem,
sanctamque sedem Romanam, quæ & ibidem
acceptata fuit, & à Secretario distinctè relata in
judicem. * Hæc tamen extra hanc ceremoniā
reipsa, (ut par erat) appellationi, debitæque
Apostolici culminis reverentiæ detulerunt,
quin ad ferenda in Caput Rodulfi funesta
prædamnationis suffragia alacres, proruarent.
Quod cum cerneret Provincialis utriusque
Lombardiæ una surgens cum P. Provinciali
Terræ sanctæ de conclavi abierunt, reliquis
interim audacter in urnam suffragantibus.
Quanquam vero non omnium vota prodie-
rint juxta palatum Mazarini (ponnullis, ut fer-
tur, depositioni dissentientibus) vicerunt ta-
men majora, & subinde concepta ferali sen-
tentia de facto deposuerunt Magistrum suum
Generalem, ordinemque Prædicatorum i cœtu
celerrimo, ac celeberrimo filii pienissimi de-
capitarunt.

En modum, en formam quām quærebas, i-
ta nimirum conticescet in posterum Themis,
silebit Nemesis, obmutescet scœna, dum mo-
do constiterit datum esse Rodulfum.

mise-

miseri! Calumniatori nescio, cui olim caus-
fanti neminem facile reum fore, si negasse suf-
ficiat, respondit Imperator, & quis demum in-
nocens fuerit si accusari sufficiat? Addo quis
hominum tutus erit, si omissis jam accusantibus
quam negantis partibus, absentem, & inaudi-
tum prædaminasse sufficiat? Suffecit autem in
illo Sillanæ severitatis consistorio, ubi nec fi-
scus, nec Procurator, nec crimen (dicam, nec
Synteresis, nec Justitia, nec Jurisdictio) ade-
rant, dum Capitalis sententia cuditur in virum
apud hæc rostra à nemine adhuc, seu defen-
sum, seu accusatum, in Patrem grandævum, &
quod, vel saxis demum extorqueat gemitum,
in ipsis Canos innoxii Parentis. O tempora!
sed heus judices, interrogat vos terrarum Or-
bis, unde in vos manavit facultas amplissima
dispensandi in omni jure divino, ac humano,
ut liceat vobis sine mentione delicti decerne-
re supplicium? Viderit Bartolus sine legibus.

Attamen in Apologo suo * ad Papam edito,
sic se levant. P. E. Nicolaum Rodulfum Magi-
strum ordinis, consulentes bono, & pacitotius
Ordinis, ab officio deposuimus per vota secreta
auto. (at nobis super hoc à nostris Constitutio-
nibus tradita.) Itane? pro pace ordinis? heu
quam præclaram ex ea depositione pacem vi-
dit ordo, qui hactenus bella non noverat. Pa-
cem hic audio, moxque, moxq; recordor ejus,

* quem ha-
bes infra
lit. N.

quam

quam lupi olim pepigere cum grēge Melib^{xi},
ealige, ut tolleretur è medio custos Melam-
pus, velut qui pacem hactenus turbarat latra-
tibus. At, *autoritate Constitutionum*, inquiunt,
egimus quidquid egimus: O Vertumnus fabu-
lam! dum nobis minabantur, nominabant
affatim autoritatem Apostolicam, ubi San-
ctissimo Pontifici rationes facti exponunt;
supressa Apostolica solam Autoritatem Con-
stitutionum allegant, quid ita? quia neutra ad-
erat.

<sup>* dist. 2. cap.
§. t. 6.</sup>

Dispiciamus tantisper, quid juris circa ab-
solutionem Magistri Ordinis permittat no-
stris Diffinitoribus sacra Constitutio: * sic ha-
bet Primo, Diffinitores audiant (Magistrum
Ordinis) sese accusantem: Secundo, de ejus cor-
rectione conferant, & disponant. Tertio Quod si
prævaricator Ordinis fuerit, aut contemptor,
aut adeo negligens, quod ordinis dissolutionem &
destructionem inducat. Moneatur à Diffinitori-
bus, ut Magistratus cedat. Quarto, aliquem
locum sibi ad manendum eligat, ut possit honestè
conversari. Quinto, ALIOQ[UE]IN cum amo-
vendi ab officio Magistratus liberam habeant
facultatem. Hæc cine in illo Capitali judicio
observata sunt omnia? an vero ex his punctis
saltim aliqua? an vel unicū? imo nullū, nullum.
Auditator, & congregansce, Reverendissimus
P. Rodulfius, neq; per se, neq; per Procurato-

rem

rem Geniæ auditus, nec ut altero horum modorum compareret, citatus fuit, sed nec per se, nec per alium coram diffinitorio accusatus en primum. Nulla pro ejusdem correptione instituta ibidem Collatio, neque enim venerant corrigere, sed deponere, non emendare, damnare. en alterum. De prævaricatione, contemptu, Ordinis destruccióne (extra quos casus in lege nostrâ taxatos, & numeratos, nulla diffinitoribus facultas competit deponendi Magistrum Generalem, ut monet Glossa ibid *) nuspia adhuc convi-
 ctus fuerat, nec convinci poterit, cum notoriū sit, eum Regulæ, ac statutorum semper tor.
 fuisse observantissimum, unicumque per omnia Religionis exemplar, quinimo, vel hoc i-
 pso titulo incurrerat odia quorundā Provincialium huic Tribunalis assidentiū, quod Cœ-
 nobia quædam jurisdictioni ipsorum subtra-
 xerat, ut unita congregationibus commodius
 admitterent rigidam Ordinis disciplinā, prout nō neino ex illis ~~sito~~ de super mordacissimo libello fasus est. In tertium. Quarto, ut ipse met sponte cederet Magistratu, neutquam admonitus fuit, sicut, nec quinto, designatus ei locus in quo deinceps privatus honeste valeat conversari. Et adhuc videri volunt huij dices egisse secundum Constitutiones, adhuc persuadere conantur Pontificii talem sibi au-
 torita-

*ad extum:
Quod si
prævarica-
tor.

toritateim ab ipsis fuisse Constitutionibus tradi-
 tam. Absitô absit; nostrum Prædicatorum Or-
 dinem tam iniquas habere Constitutiones, a-
 liter sanè loquuntur ex quæ verè nostræ sunt;
 quasque genuinis suis filiis reliquerunt Patres
 nostri, vide cap. cit. t. 7. quid statuant, cum dif-
 finitoribus auferunt potestatem acceptandi
 etiam spontaneam cessionem Magistri Ordini-
 nis. *Nisi* propter aliquod prædictorum, aut
 defectum, aut impotentiam, quæ ipsum ab of-
 ficio Magistratus perpetuò impediret. Et pu-
 tet quis tam facile, talique modo, ac forma ab-
 dicari potuisse Reverendissimum Rudolfiuni,
 pro cuius etiam voluntaria cessione tam solli-
 cite cavitavita Ordinis Constitutio? vide quid
 in eos, qui Ordinis divisionem moliuntur, de-
 cernant nostræ leges cap. eodem t. 9. An vero
 Ordinem non dividunt, qui magnam Provin-
 ciarum partem ab obedientia unici legitimi
 Capitis divellere, qui reclamante majori or-
 dinis portione aliud sibi Caput neglecta juris
 via, legumque norma consuevere allaborant?
 Tales vero Ferrarensi Capitulo Añ. 1290.
 sic castigat: *ex nunc protinco omni voce, prater-*
quam in sui accusacione, omni gracie, Relatu-
ra, Doctoratu, aliisque omnibus gratiis Ordinis
privati sunt, nec eis possint restituui, nisi à Ma-
gistro Ordinis, vel à Capituli Generalis diffini-
toribus, & nihilominus penam subeant culpa.
ab*ij*

debitam graviori; iisdem Romæ 1589. additatur pœna excommunicationis latæ sententiæ, quæ & confirmatur Venetiis 1592. Romæ 1601. denique Parisiis 1611. hujus absolutio Censuræ Magistro Ordinis reservatur. Adde quod Castris 1372. declaratur, quod ejusmodi seditiones Provinciæ, vel Conventus, satis facere tenebuntur, pro impenis, quæ sunt ad recessiones seditiones, malignorum turbationes, & perversorum Fratrum scandala, proque Ordinis tuitione, & justitia, famaque defendenda. Hæ nimirum, hæ sunt Constitutiones Ordinis, è quibus num exsculpere suam illam Absolonicam autoritatem potuerint, qui Reverendissimum Rödulfum solio excutere conati sunt, aliquando mundus, mundique opifex judicabunt.

Taceo hic alia evidentissimè, nullitatis argumenta, quæ postea strictim in litteris ad Eminentissimos Cardinales Barbarinos, Patronum videlicet, ac Protectorem datis complexi sumus. Legio si vis infra sub lit. G. & H.

Unicum hoc coronidis gratia vehementissime cupe em ab his judicibus edoceri, quam autorate causam Reverendissimi P. Rödulfi Romæ in sublimiori Tribunal pendulæ, & Cancellis supremæ Curiæ obsignatam ad suum repente forū detraxerint judicandam, & abrumpendam? Utiq; hoc saltu autorita-

te nostrarum constitutionum attentare non
potuerunt, sed vel alia, vel nulla. Si nulla mira-
mum impunitatem, si alia fraudem qua nobis
illam occulerunt, cum nō minus ad nos quam
ad ipsos spectare debuerit si qua fuit.

N O N U S.

*Quam rite, ac prouidè iidem novam
Magistri Generalis Electionem moliti
fuerint.*

Nihil mirum, si is qui ibi desistere non vult
ubi juris via ipsum destituit, ea deserta
viam facti protinus ingrediatur. Postquam
ergo per summam, ut vidimus, injuriam gradu
suo Reverendissimum Ordinis caput detruse-
rant, P. Mazarinus in eodem confessu, ne quid
rerum gestarum innotesceret his qui dege-
bant foris, Steropæum silenti pessulum addu-
xit, præcipiendo nimirum universo collatera-
lium Senatui, sub excommunicatiōnis lato jam
fulmine, tacerent usque in comodiora tem-
pora. Itaque latuit Elusinum deposcionis ar-
canum die illo toto usque ad nocturnam ho-
ram tertiam, quæ forte in Ultramontanis re-
gionibus octava circiter vespertina esse pote-
rat, tunc obseratis undiq; cœnobii portis: ne-
quis videlicet rei nuncius penetrare ad nos
poli.

67

posset) publicavit hilariissimus Præses omnibus dōmi clausis, Patrem Rodulfum Generatō exutum esse, eademque opera tanquam sede vacante indixit Capitularibus ad posteræ diei diluculum electionē nōvi Magistri Ordinis instituendam, hora scilicet 15. quæ nobis est forte septima matutina. Solerter profecto, nam & fatalis ille *Caprarum hircus* (quem diviniori Dioptra vidit Daniel) magnus inquam Alexander interrogatus qua potissimum methodo tantum sibi conciliasset *imperium*, respondit, *nil differendo*. Credo equidem nunquam alias P. Mazarino tantum fuisse temporis pretium, & lucrum celeritatis.

Die igitur 16. Octōbris (quem theta nigerim signet Rhadamantis) dum sub ipso crepusculo missarum solemnia persolvuntur à festinis suffragatoribus tempestivè signū datur ad Conclavis ingressum, quod & sine mora adeo promptis impletum fuit Electoribus, ut Patres Provinciales utriusque Lombardiae, & Terræ sanctæ, missis suis nondum finitis eo accedere ante observationem minimè potuerint.

Quis tunc felicior Mazarino, ejusque anhelō contubernalio? nempe cum se agnoscerent in illo conclavi solos, jamque sine contradictore perfecturos, quæ designaverant: Nam qui domi supererant Vocales non comparebant,

bant, & qui degebamus foris, recire poterant, quid rerum fiebat intus, ita carente Mazarino in fraudem cæteris Capitularibus, ut dictum est.

Obpessulantur itaq; cum jubilo portæ conclavis electorii, distribuuntur validæ fratum Conversorum excubiæ, obstruitur aditus, ne vel ipsa minerva, aut rimularum viator Mercurius ingressum impetrare potuisset.

Nec tamen ea sive indicti illius silentii, fides sive occlusionis firmitas fuit, ut nō eodem etiam diluculo, nos, qui foris per nocteaveramus, opportunè satis moneremur per fidum amicum, quid rerum cæteri molirentur in Conventu. Igitur præfacta omni morosæ deliberationis prolixitate, citò illuc destinavimus Procuratorem nostrum P. Magistrum Adriatum, ut interim omnium nomine adversus clanculariam illam, plurimisq; titulis injuriosam Electionem protestaretur.

Venit ille, sed jam intraverant, ingressum flagitavit, sed abnuerunt, inquit multoties, rejicunt toties, adeo ut semel contata occasione irreperere conantem festina valuarum attractione cruentarint. Accesserantque interea supradicti Provinciales Lombardiæ, & Terræ sanctæ, ut saltim ipsi aditum obtinerent, sed casso conatu, nisi quod cum his etiam ludi videbatur. Siquidem ab iis qui intus erant, sa-

plus

pius ut intrarent invitabantur, & tamen quoties ad limen per ventum est, valuas sibi repente viderunt. Quare tandem velut iniquè delusi & iniquius exclusi retrocesserunt, protestando coram avitis testibus de sua quam insignem sustinuerant injuria & Electionis nullitate. Copiam hujus protestationis, quære infra sub litt. I. cui testimonium præstant ea quæ leges ibid. sub lit. L.

I.

L.

Excusant insolens factum Pontifici in cito Apologo, * quod metuebant, ne una insili- Sub lit. N.
ret cum his Provincialibus P. Magister Adri-
nus. O lepidum! At hem quis excusabit, quod
illum ipsum velut Procuratorem nostrū (jam
enim id officij illi demandatū fuisse sciverant
experti pridie) neutquam intromittere vo-
luerint? quod vi abegerint audiri tantum ex
nomine nostro postulantem? *Ad illum* (in-
quiunt ibid.) *electio nullo modo pertinebat*. At-
qui non veniebat P. Adrianus nomine suo, ut
elector, sed nostro, ut constabat omnibus.
Num igitur *nullo modo*, vel ad nos quoque spe-
ctabat illa *Electio*? num ubi de re totius Ordini-
nis graviter agitur, Provincię nostrę vocem
non habent, quam vel apponant, vel interpo-
nant? Dicatur ego candidius quod res est: Nec
ad ipsos, nec ad nos spectabat illegitima, quæ
tunc fecerat electio, & ne hanc vocem audi-
re cogerantur Mazariniani, Vocales quotquot

E 3 super-

supererant, ipsumque Vocalium Procuratorem excluserunt.

Porro quod ibidem inficere assunt, Procuratorem nostrum die precedenti per vim se in diffinitorum introduxisse, hoc vero die comparuisse multis, ut multi dicunt armatis stipatum. Rursus Samnitica sunt somnia, de Mercurii bacillo eburneo, non de Veridica Apollinis tripode educata. Tantum dolendum est, ejusmodi Cretica Oracula (quibus ille Apologus scatet) impunè, ac sine rubore obtrudi posse Christi in Terris Vicario, sed erravi, non illi, sed spiritui Sancto.

Dum hæc ante conclave circumsonant Protestationum certamina (quippe etiam Procurator noster rem suam agebat strenue) post semihorariam consultationem foris habitam, ne videremur ulla ex parte defuisse juribus nostris, ac Provinciarum nostrarum, diviso agmine, ac sine strepitu ad Conventum accessimus, visuri num quo premedium perclitanti justitiæ adferre posse nostra præsentia. Substantius vero tantisper in domo S. Officii percepturi quale responsum nobis referret Procurator, at videntes denique hunc tam enormi repulsa fuisse abactum, & vel ipsos met quoq; binos Provinciales, qui domi, cum reliquis permanferant, quiue nomine atque ad actum citati fuerant adeo turpiter exclusi,

minus de nostra intromissione sperare potuimus, ad Eminentissimos Cardinales Barberinos, Patronum & Protectorem, utriusq; Copias indicabit lit. G.& H.

D E C I M U S.

*Quot, quantisq; morbis lethali-
bus laborarit illa portentosa
Electio.*

SI qua fortè Electoribus istis indulta fuerat Autoritas Apostolica de plenitudine potestatis, supplens, habilitans, excusans, rectificans in eventum &c. quod tunc metuebamus, dicerem unicum tantum huic Electioni, nocuisse morbum *Comitalem*, quod scilicet eam facultatem à Sanctissimo concessam occoluerint nobis surripuerintque, vendicando hanc sibi solis cum communis esset omnium (si qua fuisset) ad otum Capitulum, non partem concerneret: nam haud minus nostra quam ipsorum intererat ea frui, nec tot insinuantes Provincias meruerant, ut æquali cum reliquis sorte electionem indultam concurreverant.

Siverò (quod ferò nimis credidimus) nulla talis facultatis concessio Apostolica perunxit debiles istos, & communi jure male pastos

Electores, heu quanta angina horum voca-
lium! quot morborum titulis, quam amplum
in Nosocomio Sancti Spiritus sibi vendicat
locum illa ulcerosa Electio!

Nam imprimis abortivit præ festinatione,
cum instituta fuerit sede officii re ipsa non-
dum vacante. Quis enim deposuerat Reve-
rendissimum P. Rodulfium? legitimum Tri-
bunal nullum, dissinitiorum mancum, confla-
tum ex judicibus suspectis, imo notoriis hosti-
bus, quorum alii nullam, alii subreptitiam, alii
dubiam habebant autoritatem. Puerilis de-
positio, sine processu, sine delicto, nedum
probato, sed ne allegato quidem, insuper fri-
volè tentata, in absentem, inauditum, inde-
fensum, ex odio manifesto, seposita omnile-
gum nostrarum, imo & Ecclesiasticorum Ca-
nonum, ipsiusque naturalis juris reverentia,
nulla habita ratione interjectarum appella-
tionum ad S. Scđem Petri, & Eminentissimum
Frotercm. Quod sitas deponendi modus
sufficit, ut sedes Prælatorum vacent, ve-
rèque devacuentur, vœ casris Præsulibus.
quoties placuerit subditis calcitra.

Secunda hujus Electionis scabiosæ
Elephantiasimilima fuit, quando per eam
Capitulum purè dissinitivum spente exca-
duit in Electivum, contra naturali. & Ordi-
nem nostrorum Capitulorum, quem vidimus

supra

upra radio i. Et quidni eodem modo : quis transfiguret Capitulum culparum in Capitu-
lum electivum ? certe constitutio nostra ^{* Dif. 2. c. 4.}
^{t. 1. in fine.} Circæas ejusmodi metamorphoses , uniusve Capituli pro alio substitutionem nemini per-
mittit, quin magis cavit, quod si Magistrum Ordinis mori, vel amoveri post festum S. Mi-
chælis contigerit, supersedeatur illo Anno à Ca-
pitulo generali. Nimirum , ut convocari , ut
recedere , ut interesse possint terni singula-
rum Provinciarum vocales , quorum ea vice
interfuerit. Unde fit ut alio convocationis
Tenore , alia ad plures directa Conscriptione
semper opus sit, cum Electio imminet , quam
ubi sola diffinitio indicitur. Unde vero hi
Patres Conscripti hauserunt spiritum electi-
vum , qui ad diffiniendum duintaxat accepe-
rant veniendi Potestatem ? ubi legitima illo-
rum Convocatio , ubi electionis prærequi-
sita authentica ? dictio ! nuspam sane : vide,
revide, pervide tam Reverendissimi P. Ro-
dulfi Convocationem <sup>* Infra sub
tit. A.</sup> (quæ sola istum Ca-
pitularium conventum auctoraverat) nec hi-
cum invie quo Capitulum electivum si-
gnificetur, & tamen hidum vocantur, ut diffi-
nitores, comparent vultu alio, tanquam Ele-
tores , confident ad urnam motu proprio,
sed qui istud nihil valet , audiendus erat ma-

gis Apostolus*, unusquisque qua vocatione
vocati estis, &c.

Tertius in orbus in defectu Capitis fuit, Ele^ctio caruit Præfide. Quid enim si præfuit illi P. Mazarinus, num idcirco legitimum Caput adfuit? nihil minus Nam demus (quod supra in radio 3. comperimus Falsum) cum habuisse solidam veramque Præsidendi autoritatem, quodque illam, nec præmatura usurpatione abruperit, nec multipli abusu corruperit, &c. Ea ipsa tamen pridie, cum Reverendissimum P. Rodulfum exauctorabant una pariter animam, si habuerat exhalarat. Sanctissimus enim D. N. administrationem totius Ordinis, ipsissimamque Generalis Magistri autoritatem transtulerat in Eminentissimum Cardiualem Antonium Barberinum, restringendo tamen eam expressè ac s^epius* adtempus quo duratura erat suspensio Reverendissimi Patris Rodulfi, hæc verò pridie cessavit, cum deponeretur Rodulfius (si valuit depositio) neque enim qui ~~depositus est~~, adhuc suspensus hæret. Ergo non ~~exante~~ jam amplius ea suspensione expiravit et ipso autoritas Eminentissimo Cardinali Apollerio attenuus collata à Sanctissimo. At qui potestas concessa P. Mazarino si quid era Vicaria erat illius, quam habuerat Eminentissimus Cardinalis velut interstitialis Magister Ordinis (si quid-

* Ut videre
est in Brevi-
lit. B. ubi
pluries repe-
titur clau-
sula.

quidem quo ad autoritatēm Protectoris, non
P. Mazarinum, sed Eminentissimum Verospī-
um sibi vicarium adlegerat) Vicarij autem
expirant cum Magistro Ordinis * devolvitur-
que ipso facto Vicaria Ordinis præfectura ad
Provincialem, in cuius Provincia proximè Ca-
pitulum generale est celebrandum * is vero
nunc erat Provincialis Lombardie (non Ro-
manus) quem nedum præsidere, sed ne qui-
dem interesse Electioni permiserunt, igitur
restat jus præsidendi, si unquam iu Mazarino
vixerat, pridie fuisse emortuum, quo ergo no-
vo titulo præsedit Electioni ? & quid valere
potest Electio sub tali, id est nullo Capite at-
tentata?

* Vid. ex-
presse in pro-
logo Conſtit.

^{t. 9.}
* Ut habet ut
dicit. 2. c. 4.
^{t. 7.}

Quarto: cum Electioni Canonicæ præmit-
tisoleat, debeatque seria, & expressa Prote-
ſatio de non excludendis quos admitti, nec
admittendis quos ab ea excludi æquum est in
utroque integritatem simul, ac staturam, for-
mamque perdidit infelix, & monstrifica ele-
ctio, manca videtur, ac mutila, qua parte non
admisit membri, omnia qua admittenda fue-
rant, gilosa, vero, ac enormiter strumosa,
qua parte ad misit quos admittere plurimos
nulla ratione debuissent. Primum facile o-
ſtendero, nam exlusos vidimus Provinciales
Lombardie, & Terræ Sanctæ, quos ipsi metin-
viraverant ad Electionis Consortium. Ex-
clusi

clusi Provinciales Teutoniæ , ac Bohomia
 cum 6. diversarum Provinciarum diffinitoris
 bus, vocati quidem ad Capitulum , sed ad ele-
 ctionis actum, ne citati, nec admissi, cum præ-
 sentes in urbe , in Cœnobio adessent, nec mi-
 nus ipsorum quam cæterorum interesset, quis
 universæ Religioni præfigeretur novus An-
 tistes. Denique exclusi sunt præter istos, bi-
 ni singularum Provinciarum Electores , hoc
 est (etiamsi demas Provincias desolatas) mi-
 nimum 75. Vocales, qui è singulis reliquarum
 advocari debuissent, ut mandat Constitutio *
 adeo ut subducto calculo in universum, admin⁹
 86. Capitulares sub ista electione iniquè præ-
 teriti fuerint, ac defuerint: pars, quia non citati,
 pars, quia citati sed non admissi , pars denique
 per clanculari jactus fraudulentā accelerationē
 præventi, ac supplantati: quib. si cōferas nume-
 rum eorum, qui in Electione P. Mazarini suf-
 fragati sunt (pauculi supra viginti) sique ab
 his separest turbam sociorum , qui Vocales non
 erant , & nihilominus eligere conati sunt,
 compieries vix octavam partem legitimorum
 Electorum, qui secundum Ordinari statuta re-
 quirebantur , interfuisse electi ni , & talem,
 quis dicat Canonicam, sanam, intactam? schis-
 maticam appellabit Posteritas. Vah pudor
 centum, & tres vocales in electionibus Magi-
 stri Ordinis numerat amplissima Prædicatio
 rutn

Dif. c. 4. t. 3.

rum Religio; & si Provincias desolatas post-liminio recuperaverit, Saxoniam, Scoticam, &c. non pauciores centum viginti tribus, & ecce soli duodecim Cāpitulares, iisque non omnes indisputabiles Electionem moliri audent, raptim, clanculam, & contra Reverendissimum Ordinis Magistrum Rodulfum eligere alium: num quid violento schismatis simius vidit Orbis?

Quinto, quō ad admissionem excludendorum res clarior est, quam ut dioptra indigeat; vide ipsorummet suscriptiones in Apologo suo ad sanctissimum præstinato * ubi post Provinciales longa serie Catalogum Electorum continuant decem Provincialium socij; assumpto ināni & vacuo diffinitorum nomine. Porro quid decem his socij ad electionem Magistri Ordinis? unde illis in suorummet Provincialium præsentia titulus, & auctoritas diffinitorum? Certè ita numerum vocalium augere collibuit, si licuit, poterant eodem titulo advocari Numeritij, imo ad manum erant Conversi, qui agno Numero observabant Conclave se sufficiebant morbidæ Electioni illi decem, ipsa nimio etiam calculo gravis suam Pontificis probaret Nephritidem. Numquam enim filius Provincialis legitimum apponit Calculum Electioni Magistri Generalis, nunquam ipse fit elector *, sed nec unquam

* Vide dist. 2.

c. 4. t. 3.

quiām in Præsentia sui Provincialis adiūti
potest, ut dissinitor, prout expresse cavit
• Cap. 8. tit. 22. in fine. Constitutio*. Ettamen hi talet Electores, sunt
& dissinidores in opere Capitulo Mazariniano,
nimirum in tanta juris in opia quid libet licet,
dummodo Magisterium Ordinis obtineat P.
Mazarinus.

Agnovith hanc sui tituli, vocisque infirmi-
tatem nonnemo exillis dissinitoribus confi-
ctis, ideoque meliora suadente synteresi
proripere se voluit de conclavi, sed retractus,
clamoribus obrutus, & verbis parum honestis
objurgatus violente ibidem detinebatur.
Hem viri quibus leges jam obediunt ad nu-
tum, an & mare, ventique obedienti vobis? frui-
stra omnis obliuctatio, socius ille manere co-
gebatur, mansit, de violentia sibi illata, deque
nullitate electionis palam protestatus est,
cumque ad ferendum suffragium citaretur ex
Ordine, votum nullum, scilicet inanem schedu-
lam inani Electioni adjecit, bijt, evasit. Co-
piam præactæ suæ Protestationis dabit infra
littera L. Quid porro sibi vult, quod
nihilominus etiam iste in ej. Apologo
Urbanum VIII. excuso subscribitur ut
Elector?

Denique dum iste Electioni regeritur, ut
socius Provincialis Poloniae, similij eadem
natat P. Chrysostom. Pollicivius tituli instituti.

Pro-

Provincialis Poloniæ, igitur unum ex trib. nimirū, vel ille admittebatur, ut socius P. Chrysostomi, vel reipsa, neutiquam erat socius Veri Provincialis Poloniæ, vel è converso Chrysostomus non fuit verus Provincialis. Primum nemo crediderit neuter amborum asseruerit, cum socius ille in hoc unicum à Provincia sua fuerint auctoratus, ut resisteret, non ut assistaret prænominato Chrysostomo, velut illegitimo Prætensi Provincialatus usurpatori. Si ergo secundum verum est, cur ad electionem eum admiserunt, ut socium? si tertium, cur non excluserunt Chrysostomum, tanquam non Provincialem? Denique si utriusque titulus adhuc dubius erat, quid egerunt ante Electionem conscripti votorum Judices, qui supra? Taceo hic cæteros Provinciales Bullatos, qui excludi meruerunt: si alios à se judices habuissent, sed horum bilis placuerat P.

Mazarino, ut si revertentur pertinere, ad infaustæ Electionis fonticum

prooxyfum.

UNDE-

*Post hæc quid Consilij cœperint Pa-
tres Capitulares exclusi.*

Durum telum Necessitas, qua nos ad abstrusissima quoque Consilia, & in resolutiones antea incogitabiles adigebat * Mazara
Maz. 2ra te-
ligenus apud
Casarem l. i.
belli gallici.
 Mazariniana, nimis in casu tam extraordi-
 nario ad remedia æquè extraordinaria fuerat
 configiendum. Res erat, videbatur multis
 nostrum (idem juvante fama populari) altius
 aliquid ampliusque laterè sub his tani feroci-
 bus ausis Mazarini: nunquam videlicet illum
 præsumpturum fuisse, tam fideenter, tanta, ac
 talia, nisi aliunde substractus, pro formando,
 dirigeat quoque Capitulo arbitrario facultatem
 attulisset plusquam eximiam, nostrisque legi-
 bus, actoto Constitutionum valore superio-
 rem. Nectamen ulli videtur credibile, talia si quā aderant amplissimā diplomata, exle-
 gem istam eligendi licentem restrinxisse ad
 unicum dumtaxat P. Mazarinum suosque af-
 seclas exclusis cæteris Capitula abneque e-
 anim aut rationem aliquam sciemus, ut Cri-
 men, cur isti, qui ad comitia periculum reliquis
 jure accesserant impari potest, e cum ijs co-
 gerentur considere. Ergo tamen nondem ad
 hos quantum ad illos pertinebit, quid forsitan

tan P. Mazari us pro formando , transfor-
mandove Capitulo Romæ secum attulerit,
sive quo ad indulgentiam extra judicialiter
deponendi Reverendissimum P. Rodulfium,
sive quoad valorem novæ electionis præter
normam constitutionum instituendæ. Quid-
niigitur etiam nos (inquietabant ex nostris non
infimi) eodem quo ipsi communi privilegio
fruamur; ac porro utamur , conantes similia;
præsertim postquam adversa pars in sua Elec-
tione tam turpiter abortivit , adeoque totum
Jus extraordinariè eligendi (quod nobis for-
tasse dolo malo occuluerunt) censeatur secun-
dum Canones devolutum ad reliquam Capi-
tuli partem, velut saniorem?

Accedebat in medium Consilij præsenta-
nea necessitas exlegi, nunc si unquam similli-
ma, ac Patres undequaque sat perplexos pene
strangulabat ineluctabili isthoc dilemmate:
Cum P. Mazarinum tam vitiosè electum, tam-
que evidenter inioneum, salva Conscientia
nequeatis admittere Generalem, igitur vel
differetis remedium , expectantes dum post
eliquot annos iud Generale Capitulum ali-
bi ad medietatem tantarum difficultatum con-
gregatur, vel hoc præsentijam congregato,
priusquam adversæ factionis violentia, latius
serpat & invadescat , clavus clavo trudendus
erit , opponendo Electioni tam perniciosa-

aliam salubriorem ac sobriam, quæ Jura omnium contra Invasores tueatur. Primum horum, nec probabiliter sperari poterat, nec sine extremo Religionis damno expectari: quando enim unquam tale Capitulum futurum esset superstite Mazarino, quod ad illegitimam ejus electionem corrigendam foret, sat liberum, sat robustum, sat tempestivum? si enim hic homo ante suum illum Pseudogeneralatum, tam robustus Genuae Venator comparuit: Sitantus Jurium, legumque mastix: Si suffragatores varijs sibi favoribus stipendiatos; si bullatos Provinciales obtinuit, &c. quid facturuim deinceps putas in quovis alio Generali Capitulo per ipsum congregando? Denique data etiam quali-quali spe integroris Capituli aliquando sequuturi, num iuterea cæteræ Ordinis Provinciæ (minimum viginti duæ) absque ingenti damno, ita balare poterunt, sicut oves sine Pastore? Quin potius pellatur Cuneus cuneo, ac tempestivè facto ipso ostendatur Mazarino (non verba, protestationes, appellations rideant eum nostris Provincijs nunquam imperatur), majorem, ac meliorem Ordinis portionem, ut, is alteri, quam illi parituram, abruptam. Ne Mazarino spem perveniendi ad totius Ordinis Praefecturam calcato Reverendissimo R. dulfio, &c.

Fateor multas hominum actiones videri
vitio

Vitiosas, si seorsim ad examen veniant, quæ
tamen exdem absolvuntur à Culpa, si alia præ-
cedat vitiōsior, quam interimant, sicut apud
Dialecticos omnis negatio malignantis naturæ
damnatur criminē: si prima, aut sola veniat:
secus si aliam ante se habeat, quam corrigat,
secumque in affirmationem transformet. Opti-
mè in hunc sensum queritur Hilarius*, dum
violentis aliorum præjudicijs compellebatur
inconcessa presumere, tanquam in vitium vitio
coarctatus alieno quod nempe vitium præces-
sisset alienum, sicut & perimere hominem fla-
gitium est, nisi necessitatem occisorii imposue-
rit flagitium invasoris. Ita ergo dolebant hi Pa-
tres eo angustiarum se redigi, ut electionem
moliri etiam ipsi cogerentur, quam alias nun-
quam in hoc Capitulo præsumpsissent, videli-
cet non ignari Legum, quas paulò ante oppo-
suerant temerariæ, ac toties vitiosæ electioni
P. Mazarini, quæ utique militassent pariter
adversus alteram, nisi haic excusasset impor-
tuna necessitas, hec est, si quod aliud præsens
ac certum remedium ad manum fuisset peri-
litanti Ordini quo se tueretur ab injusta in-
vasione Magisterij, & Fasciū, evaderetque
imminente violento ambitu oppressio-
nem. Certiorarerat hoc unicum non super-
fuisse aliud eventus postea docuit, quando
per nostram Electionem inter alia hoc pri-

Lib. 2. de
Trinit.

mum obtinuimus , ne illegitimum aliquod Caput reliquas Ordinis Provincias monasterias, secum abducere possit in schisma , & defectionem à legitimo Capite Reverendissimo Rodulfio.

At quæres: quomodo non etiam hi Patres, dum novum Generalem studebant eligere, deficiebant à veteri? certè , decedere jubet Rodulfium , quisquis illi præparat successorem. Verum iste cavillus mox ab initio retortus fuit in sollicito nostrorum Concilio, Vocalibus concorditer in hoc consonantibus, Electionem quam meditabantur ad solum inculpatæ tutelæ moderamen sobriè conquadri, ideoque talibus Claufulis reservationum temperandam iri , ut juri, dignitati , ac officio Reverendissimi P. Rodulfij incommodare nunquam possit, aut debeat.

Ergo repetita non perfunctoria totius negotij deliberatione Patres exclusi adiere dignissimum P. Magistrum Provincialem Lombardiæ, ut pote cui præ quoque alio presentium competitbat authoritas praesidiendi , seniori Capitulo , juxta statuta Ordini*. Eumque rogarunt, ut pro suo indubitate J. convocaret vocales ad medicinalem quam conceperant Electionem. At ille diligosam tanti operis molestiam modestè declinans , quod nollet in re summè ardua quidquam aggredi,

*Diff. 2. c. 4.
t. 2.

præter nutum Eminentissimi sui Avunculi, Iu-
bens Juri suo renunciavit in scriptis.

Unde tandem juxta orbitam à sacra Constitutione præscriptam * alius quæsitus est Præses & Electorum idoneus Convocator, nempe retrocedendo sursum per seriem Provinciarum, quæ vicinius olim generale Capitulum in suo gremio viderant. Cumque harum Provinciales, vel abessent Genua, vel illic contrariae factionis studio impediti, vitiosæque Electionis abusu jam inhabilitati habarentur merito, velut absentes, propinquior cui hæc autoritas addici potuit inventus est P. Provincialis Teutoniæ.

Qui demum eadem die (nempe 29. Octobris) re mature cum cæteris collata, de communi discretorum concilio Vocales ad æquiorē Electionem postridie instituendam scripto publico evocavit, commodiorem locum Electoribus desiderans nimirum Conventum nostrum S. Jacob de Corneliano in maritimis suburbanis Geniensium, neque enim restanta sine tumultu & publico infirmorum scandalo in Conventu S. Dominici intra urbem tutò, libere securèque transigi posse putabatur.

Exinde somore delecti Vocab, & Causarum Judices (non tamen eo modo *quisupra*) nempe R. P. Magistri Provincialis Bohemiæ,

F 3 Dif-

Diffinitio Arragoniæ, & Diffinitio Bethicæ: quisque hactenus Conciliorum fuerat Secretarii P. Magister F. Leonardus Hansen, constitutus ac declaratus fuit Secretarius ejusdem Generalis Capituli apud Cornelianum inchoandi. Vide hęc omnia distinctius in apographo. M. Consilij desuper habitii infralit. M.

D U O D E C I M U S.

Quid deinceps actum in Corneliano.

C. 4. cit. t. 4. **P**osteriora die, quæ erat trigesima Octobris, præstò fuere Patres Vocales in loco sibi designato, ubi præente solempni Missa, de Spiritu Sancto, ac cæteris ex ritu, ac more necessariò præmittendis, cuncti divinissima synaxis refecti locum Capituli intraverunt, constitutisque ad fores idoneis custodibus (ut mandat Constitutio *) in eadem simul conclusi usque ad finem Electionis constiterunt.

Ante omnia vero Praeses pro Diuni omnium nomine protestatus fuit et injunctum que P. Secretario, ut hanc Prætestationem cum securis in scripta referat) quod PP. nullam hic intendebant Electionem struere, quæ cederet in detrimentum Jurium Reverendissimi nostri Patris Rodulphi sed tantum in

in præsentissimo illo invasi Generalatus discrimine sese provisuros meliori modo, quasi puillæ Religioni de idoneo Capite, cum expressa, expressiori, & expressissima reservatione indemnitas, æqui, & recti, quidquid ad Jus dicti Reverendissimi P. Rodulfij (auditis æqualiter partibus) spectare deprehendetur in legitimo Tribunali : Neque enim horum Electorum scopum esse cum Chamœ ex-honorare Patrem suum , aut cum Absolone (ad Quercum postea suspenso) ejusdem dia-dema prædari, sed tantum periclitanti Ordini succurrere ; cuius alias major , floridiorque pars, nempe 22. Provinciæ inevitabili, ac porro insanabili exitio , devovenda timebatur. Quare apertius, ac scorsim

Secundæ protestatis sunt, se per hunc actum neutquam velle Ordinem scindere , unitatem schismate dividere , aut monstruosam summorum Capitum multiplicationem in-vehere , sed utrè in reinedium schismatis, quod factio Mazariniana jam coxerat ea se a-cturos, & constituros quæ oportet, ne tantus Ordo, cuncta omnia Jura , vel illegitimo Capiti per vim, & fraudem subiç: atur ingavem sui pernicie , vel post tragicam Reverendissimi P. Rodulfij depositi: onem audaci fiducia majoria potentiæ subnixam , acephalus , jam uncusque Orbi videretur , ac rideretur;

dum hinc suspenso ab ejus administratione
Reverendissimo Rodulfo, inde fauces ca-
ptante P. Mazarino horror, & confusio mise-
ram S. P. N. Dominici hereditatem obside-
bant, actumque erat de vera unitate, nisi aliud
interim exigeretur vexillum recursus, ac solati-
tij ad quod Justitia, Ordinisque leges ampho-
rae figere, & velut ad fidam stationem pro fi-
deliori tutela in tantis tempestatibus possent
configere.

Itaque præmissis quas oportuit reliquis pro-
testationibus, facta dein cautelari absolutione
à Censuris invocato iterum Spiritus Sancti
Numine, &c. itum est ad secreta suffragia, pri-
moque congressu in Generalem totius Ordini-
nis Prædicatorum Magistrum concordibus
reliquorum votis electus est P. F. Thomas de
Roccamora diffinitor Aragoniæ. Inde Voca-
les cum cæteris qui foris erant progressi ad
Ecclesiam, sedenti eidem magistro electo
capitaliter ac per Ordinem cœti, suo totiusque
Ordinis, ac Provinciarum sua in nomine re-
ligiosam obedientiam humilitate prostrati ob-
tulerunt in publico Illustrium virorum con-
fluxu, plaudentibus, quibus, et inspectabant
universis, talem denique virum omni excep-
tione majorem fuisse evectum ad Ordinis
gubernaculo, & velut auctoratum Nobis
pugnare prolegibus Patrum nostrorum.

contra violentos earum temeratores masculè sustinendam. Quis verò deinceps apud omnes summæ, infimæq; fortis homines intra & extra Genuam jucundissimus fuerit promiscuæ lætitiaæ sensus, quæ approbantium voluptas, quis extraneorum plausus, & gratulantium, qua Fratrum, qua Nobilium Ligurum quotidianus accursus, ac numerus, qui deniq; honores & festivæ salutationes exhibitæ Reverendissimo Electo, vel potius evidentij justitiae fortiter vindicatae, ac Ordini in spem meliorem respiranti (Ducibus, Marchionibus, aliisque fulgentioris notæ intervenientibus) vix stilo assequar, - nec post tanta fastidia possum absque tenerrimo exultantium lacrymarum certamine sat constanter in eminisse.

Porro eadem die Patres Capitulares apud Cornelianum datis Romam litteris totius rei gestæ seriem, idam, successum, ac scopum, humiliter, candide, perspicuè, reverenter, Eminentissimis Cardinalibus Barberinis, Francisco Patrono, & Antonio Protectori significarunt. Alterius harum Epistolarum Copiam quære infra, sub lit. O.

Interim præ more, ac officio Capitulorum generalium processerunt diffinitores, cum novo Magistro electo ad solemnies, & quotidianos conciliius diffinitoriales, in quibus quid pro communis Ordinis ac Provinciarum bono

F 5 decre-

decreverint, Acta ipsorum Capitularia eorū sim typis excusa articulatiū edocent. Audiens hoc P. Mazarinus turbatus est, sed non tota Hierosolyma cum illo; permulti enim, qui illius Capitulo huc usque adhæserant in dies ē Conventu S. Dominici properabant ad nos effusissimē gratulabundi, quod supra mortalium spem videbant Ordinem domini suę oppressum, rursus in Corneliano Caput attollere. Inter eos partibus nostris accessit P. Difinitior Hyberniæ.

Interim perplexus inopsque Consilii P. Mazarinus ad sacrum Inquisitionis tribunal stupide confudit, multūm obtestans, ut ex illo Sacrosancto fidei propugnaculo confessim in nos exploderentur, tonitruosa dirarum fulmina, O Nabaliticam ecstasim! num Violatæ Catholicæ Fidei post hac rei erunt, quicumque à Generalatu P. Mazarini dissentire auferint? ita ne omnem dubitandi licetiam, teli que ja-ctum transcenderat hæc oīis scænica Praefectura, ut jam de fide esset? quod si ita est, pariter acatholicum dices eum, qui Lucretiam Ferrariensem fuisse assertuerit. 5 Romanam, Tarquinium Vesentem, non e Quiritibus. Itaque res cum risu accepta ab iustitiis S. Officii Consultoribus. Quin, (inqam) ipse me potius Mazarinus, si serio credebatur Generalem nostrum esse, expedivisset de proprio

e Po-

væ Potestatis armamentario trisulca censura-
rum fulmina , quoruin nuper tam prodigus e-
rat; nec altunde ea commodatim accerfenda
fuerat. Atvidimus Jovem suamet Confessione
inermem , cui proinde tam indecorum fuita-
lienam implorasse fulmina, quam nolle vir pro-
bus apud se deprehendi alienum fœminæ ca-
pillitium. Nos vero tunc primum receptæ in-
ter nos suspicioni, pondus & laruum detrahere
cœpimus. Utique tam imbellem Junonium
nihil unquam extraordinariæ Apostolicæ au-
toritatis (quantum semper jactaverat) ad Ca-
pitulum attulisse.

Tandem tamen ne omnino nihil ad terro-
rem egisse videretur, collectis in præcordia vi-
ribus sub finem scripsit in nostrepidum ana-
thema , sed quod præ inanitate ambulare ultra
valuas illius Cœnobii nesciebat. Adjecit po-
stea citationem iudicio comparitionis termi-
no (mirere tanq; per hunc agendi Ordinem
Lector , primò communicat, deinde citat)
verum pridie antequam terminus ille com-
pleretur ob nec expectatis, nec expectan-
tibus spente facitèque de Conventu & urbe
miser evanuit clanculum se subducens, non
sine stomacho , ac fremitu suorum, quos mini-
mè cogitantes Genuæ ex improviso relique-
rat; cum necessitate sequelæ.

Romam danique accedens, cum illic vide-
ret

ret nō omnia sibi ex voto, ut speraverat affluere, (ubividelicet Deus Terminus, ne ipsi quidem Capitolino Jovi novas sedes quārenti didicit loco-cedere) ad alias artes, arasque confudit, Christianissimi Regis Oratori multis persuadens, impediri se ab Ordinis Præfectura, in odium solius Coronæ Gallicæ. Grande nomen! Unde deinceps factum est, quod summa Controversia, quæ hactenus merè Ecclesiastica fuerat, Politica esse cœperit, ejusque longè sperata decisio præter opinionem dilata sit, quandoquidem accendentibus hinc & inde summorum Principum studiis forsitan ægrè deinceps satisfieri potuit uni partium sine gravi, ac periculo alterius offendiculo: Præsertim cum idem P. Mazarinus post perpetratas Romæ audacissimas insolentias (de quibus aliquando scorsum in Epitome vitæ ipsius tangentur compluscula) ad Gallorum solarium in Apostolici Palatii Magistrum evectus, renuit valefacere suis prætensionibus ad Generalatum, etiam postquam vidit suæ ecclesias paulatim ab ejus clientela diffluere, non Provinciales Regni, Calabriæ, Aprutii, Apulia (seu penitidine erroris, seu fastidio, negligoris exilii quod sustinent proscripti à Morege Neapolitano) libellum supplicem porrexerunt Sanctissimo pro cito, quam suspiramus omnes,

*Restituzione Reverendissimi Patris nostri
NICOLAI RODULFI.*

Fat. Deus totius Consolationis, & pacis,
ut idem annuente suo in Terris Vicario pri-
stinus ille Ordinis Prædicatorii Magistri Ge-
neralis respiret à persecutionibus, ac nobis,
suoque Gubernaculo propediem evincula-
tus præsidere permittatur. Ita demum nobis
Mœstæque Religioni

Esto redux Virgo, redeant Saturniaregna.

EPILOGVS.

EN Fratres rem planè ut gesta est fideliter
ad radiatam: quam cò fidentius aperui vo-
bis tanquam Domesticis; quantò securior sum
illam inter vos sub privati laris fido silentio
pre mendam, * si tamen hic arcanum aliquid
est, quod nondum Urbi, Orbiq; innotuerit, &
quidem in publicis novellantium relationibus
luxta man-
dat. Confit.
diss. 2. c. 8.
n. 9.
(vah pudor) ab omnib^o promiscuè lectū non
sit, utinā vel sic cūmū intelligent, qui Reverē-
dissimo Patri nostro Rodulfo grave excidium
struxerunt, ac sustinunt, illū per Viā Dominica-
ni Ordinis (quæ frustra jam tentata est) à gra-
du suo dūcūtri minimè posse, nec enim nos
lege habentis, secundūm quam ille debeat,
aut meruerit crucifigi: Altioris hoc solii nego-
tium est, omnia saltim in Ordinem Rodulfius
non deliquerit, ut ordo ipsum absoluere, aut ve-
lit,

lit, aut possit. Utinam inquam Filii non - ii, & quotquot nostrum in has procellas concre-
runt, attentius consulerint, ac porro consulerent nomini suo in Fastis, & Annalibus con-
spicue olim perennaturo, ut cognoscat gene-
ratio altera. Nec enim dubius sum, quin Tragœdiam hanc immortali memorie consecra-
bit stylus impavidus familiarium historicorū,
& immanis ista quam patimur tempestas reli-
quis illis Dominicanæ familie Tribulationi-
bus, * forsitan accensebitur nona, velut flu-
ctus propemodum Decumanus.

* quas vide
apud nostrū
Pio. lib. 2. de
viris illust.
sub finem.

Nos interim diurnis nocturnis gemitibus
Cœlum pulsemus, orantes pro perseguenti-
bus, & affligentibus nos, ut propitium numen
radiis porro efficacioribus eorum corda illu-
stret, molliat, flectat.

Tu vero filiorum tuorum singultibus pu-
pillorum planctu tuique desolati Ordinis a-
cerba confusione demum expurgans,

*Pie Pater Dominus
Tuorum memori veram,
STA coram summo judice
Protuo cætu Pauperum*

• 26 (†) 20 •

M.C.D. 2022

M.C.D 2022

A.

*IN DEI FILIO SIBI DILE-
lectis RR. Ad. PP. Prioribus Provinciali-
bus Provinciarum Ordinis Prædicato-
rum per universum Orbem
diffusis,*

**Fr. Nicolaus Rodulfius Sacrae
Theologiæ Professor, ac totius ejus-
dem Ordinis Generalis Magister,
& seruus.**

Salutem & optatum adventum.

A Capitulō Generali Romæ
sub Anno 1629. celebrato, in
quo ad ortus Magisterii Or-
dinis (viribus & meritis licet
imparibus) assumpti fuimus, iudictum
fuerat sequens Capitulum Provincia-
lium Hispaniæ in Conventu S. Pauli Pro-
vincie Bethancæ: Varia tamen, & multi-
plicia, cum pestis, tum bellorum incom-
moda, quibus Christiana Respublica
hisce annis fuit afflita, nec tempus, nec

G locum

lotum opportunū, ad propria tractanda negocia concessere. Cæterum quia dum sustinemus pacem, & non venit, verendum est ne communia damna lugentes, eadem nostris negligentiis, & defectibus foveamus, ac de medio sublata à nostris Majoribus, Capitulorum Generalium stabilità medicina, plura, quæ correctione, & emendatione indigent, in pravam consuetudinem convertantur. Ea propter Capitulum quam celerius celebrandum, cum dispensatione Sanctissimi Domini nostri decreatum est.

Congregato igitur in Conventu nostro Romano Sanctæ Mariæ super Minervam 24. Februarii hujus Anni, discretorum Patrum consilio, communione omnium suffragio, consultum est, ut vobis universis R R. Ad P. Prioribus Provincialibus significarem, Capitulum Generale translatum à Conventu Hispalensi S. Pauli Provinciae Bethicæ, celebrandum fore in Conventu S. Dominici de janua (clarissima Italæ urbe,

& om-

& omnibus nationibus hac tempestate
magis accommodata) prout harum se-
rie significamus, ibique celebrandum
vobis indicimus Dominica decima O-
ctava post Octavam Sanctissimæ Trini-
tatis, que incidit 26. Octobris hujus An-
ni 1642. siveque ante octiduum, juxta
præscriptum nostrarum Constitutione-
num dist. 2. c. 8. locum Capituli ingredi
debebitis. Rogamus ergo, & in virtute
Spiritus Sancti, & Sæctæ obedientiæ sub
formali præcepto vobis in jungimus, ut
præfixo tempore eo vos conferatis cum
his, qui ad Capitulum generale ex vi ea-
rundem nostrarum Constitutionum
proficiuntur. Nec non sub e-
dem formaliter præcepto mandamus, ut
nullus aliis ad præfatum Capitulum ac-
cedat absque nostra licentia, vel Patris
Provinciali, autriusq; Lombardia, cum
in eius Provincia Capitulum celebre-
tur. Interim in omnibus Conventibus
fieri jubemus publicas supplicationes
pro feliciteriusdem Capituli directione,
ac incolumentate Patrum ad illud con-

G 2 fluen-

fluentium, monebitisq; omnes vestros
subditos , ut vobis, vel sociisea omnia,
quæ judicaverint , tam pro bono Ordini-
nis in communi, quam pro suis Provin-
ciis in Capitulo proponenda in scriptis
exhibeant, exactamq; relationem sta-
tus Provinciarum, earumque Conven-
tuum afferatis.

Festini igitur accurrite, fratres cha-
rissimi, cum jam senuerim, & ignorem
diem mortis meæ, ac post quatuorde-
cim Annos , quibus in hoc ministerio
inservio, dum recogito me de animab⁹
omnium rationem esse redditum,
hæc unica spes affulget, quod à vobis
correptus & emendatus, bis non judi-
cabor in idipsum: quod si Apostolo pro
minimo erat, mihi pro maximo est, ut à
vobis judicer, nihilque oportunius ac-
cidere poterit, quem quod velitis ante
tempus me judicare, antequam veniat,
qui illuminet absconditatem ebram,
& manifestet consilia cordis.

Faxit Deus ut incolume mutuo a-
spectu, & colloquio frui possimus. Da-

tum

tum Romæ in Conventu nostro Sanctæ
Mariæ super Minervam. Die 24. mensis
Februarii 1642.

Fr. Nicolaus qui supra.

(Locus)
Sigilli.

B.B.

Copia Brevis Apostolici, quo ab
administratione Ordinis Prædicato-
rum suspenditur Reverendissimus P. F. Nico-
laus Rodulfius, & interim regimen Ordi-
nis committitur Eminentissimo Car-
dinali Antonio Barbe-
rino,

VRBANVS PAPA VIII.

AD futuræm rei memoriam. Nos ac-
cepto quod Dilectus filius Nico-
laus Rodulfius Magister Generalis Or-
dinis Prædicatorum, die Sabbathi San-
cti proxime præteriti publicè in Choro
Ecclesiae super Minervam de urbe e-
isdem Ordinis è Choro ejecerit dile-

G 3 cтum

ctum filium Hyacinthum Lupum Ordinis præfati Professorem, ac dilecti etiam filii Magistri S. Palatii Apostolici socium, & ut ipse afferit familiarem nostrum, tanquam ab eo excommunicatum sine scriptis, & absque causa, ac sine citatione, & alias non servatis solennitatibus, ac terminis, aut Sacris Canonibus, præfertim à Concilio generali Lugdunensi requisitis. Et propterea idem Hyacinthus prætendebat se etiam uti socium dicti Magistri Sacri Palatii Apostolici, suumque honorem, & famam graviter lègam fuisse, præfatumq; Nicolaum Magistrum Generalem in Censuras contra ipsum de facto fulminatas, aliasque pœnas ab ipsis Canonibus inflatas, contra quoscum temerè procedentes incidisse. Eundemque Magistrum Generalem, quia postea divina celebravit, etiam irregulariter item contraxisse, aliaque fecisse in eisdem Hyacinthi damnum, & scandalum aliorum.

Hos excessius, & delicta huiusmodi, ut par est ne quaquam impunitos, & impuni-

punita remanere volentes commisi-
mus, & mandavimus dilecto filio nostro
Antonio Sanctæ Agathæ Diacono Car-
dinali, Antonio Barberino nuncupato,
S. R. E. Camerario nostro, secundum
carnem ex fratre Germano nepoti, di-
stique Ordinis apud Nos, & Apostoli-
cam sedem Protectori, ut una cum dile-
cto pariter filio nostro tit. S. Agnetis in
Agone Presbytero Cardinali Verospio
nuncupato, & venerabilibus Fratribus
Lælio Archiepiscopo Thebarum, & Jo-
anne Baptista olim Episcopo Cameri-
nensi dilecti similiter filii Vicarii in urbe
præfata in spiritualibus Electi Viceger-
rente, ac dilectis etiam filiis Magistris
M. Antonio Maraldo, & Francisco Pau-
luccio, in utriusque signatura nostra re-
ferendariis, ac Francisco Gallusione
Procuratore Generali dicti Ordinis, &
Priore Donus regularis S. Sabinæ de
urbe ejusdem Ordinis conjunctim, vel
saltim major illorum pars, ita quod præ-
fatus Antonius Cardinalis, cum & pro-
ut sibi videretur, & ad sui libitum dum-

G 4 taxat

taxat interveniret, causam & causas
 præfatas cum omnibus & singulis illa-
 rum dependentibus, emergentibus,
 connexis, & annexis, totoque negotio
 principali cognoscerent, & prout juris
 fores terminarent, & deciderent cum
 ampla facultate eidem Antonio Cardi-
 nali etiam soli assignandi eidem Nico-
 lao Magistro Generali, & Hyacintho
 domum, vel domus regulares ejusdem
 Ordinis, vel mansiones Magni Palatii
 præfati in Palatio Apostolico, aut alibi
 loco Carcerum, ac deputandi, tam præ-
 fatum Joannem Baptistam Vicesgeren-
 tem, quam dilectum filium Nicolaum
 Claudium Clericum conjugatum dicti
 Vicarii urbis locum, tenentem Crimi-
 nalem, & quemlibet eorum insolidum
 ac unum ex Notariis dicti Tribunalis, &
 depositiones Nicolai Magistri Genera-
 lis, & Hyacinthi præfatorum toties quo-
 ties opus fuerit recipere. Testes ad
 Crimina probanda hinc inde, ac etiam
 pro faciendis per eos defensionibus, ac
 alias etiam pro parte fisci inducendos
 exami-

examinarent, aliaque omnia, & singula
opportuna, ac necessaria, pro fabrican-
do processu hujusmodi facerent, etiam
cum alijs facultatibus quomodolibet
necessarijs & opportunis : ac singulis
diebus & horis præterquam in hono-
rem D^EI feriatis in processu hujusmodi
compilando procedendi , & subinde,
quia ut nobis pariter innotuerat pro-
cessu in rem præfatæ Commissionis in-
cepto pro parte Promotoris fiscalis præ-
tendebatur testes examinandos contra
præfatum Magistrum Generalem esse
perterritos à Jurisdictione, & potestate
præfati Generalis , à præfato officio,
quod etiam hodie exercet, amoveretur,
& deponeretur , vel saltem durante In-
quisitione officij Generalatus præfati
suspenderetur.

Præsertim , quæ etiam prætendeba-
tur, male administrasse, & male admini-
strare, nec non bona , res & jura Con-
ventuum præfati Ordinis dilapidasse, &
dilapidare multaque fecisse tam inex-
torquendis insolitis , & indebitis exa-

G 5 ctio-

ctionibus à Conventibus Provinciarum Regni, quam in concedendis facultatis, & dispensationibus Religionis præfati Ordinis, tam Neapoli, quam Perusij & alibi existentibus, etiam contra constitutionum præfati Ordinis authoritate Apostolica confirmatarum tenores, ac etiam in reducendo aliquo Monasterio præfati Ordinis ad statum hospitij sine factoris artis Agriculturæ in præjudicium cultus divini, & fraudem illorum, qui bona sua pro illius fundatione dederant, ut missæ, & alia divina officia in eo celebrarentur & alias contra prohibiciones & Ordinationes sacrorum canonum, & constitutionum Apostolicarum multa ordinasse, & fecisse, aliosque excessus & delicta a perpetrasse.

Nos pariter ne impunita remanerent dicta gravamina, excessus, & delicta (licet præmissorum Cogitatio, & decisio ad præfatum Cardinalem Antonium Protectorem vigore suarum facultatum spectaret) nihilo minus ad abundantiorem Cautelam commisi-

mus

mus, & mandavimus eisdem Cardinalibus, ac Prælatis, cæterisque Judicibus per nos, ut præfertur deputatis, ut juxta prioris Commissionis nostræ Tenorem, & formam procedentes, præfatorum excessuum, & delictorum Capita etiam cum primis accumulantes, & super illis, & quibuscumque alijs, quæ eidem Nicolao Generali obijcerentur, inquirerent, illosque, & illa cognoscerent, & prout Juriſ fuerit terminarent, & deciderent, cæteraque omnia, & singula facerent, quæ forent quomodolibet necessaria, & opportuna cum facultatibus in prima nostra Commissione præfata, concessis, ac etiam facultate priyandi, & deponendi eundem Nicolaum à præfato Generalatus officio, vel illum ab administratione, & exercitio ejusdem officij suspendendi prout Juriſ foret, cæterisque facultatibus quomodolibet necessarijs, & opportunis, & alias prout in nostris desuper die 23. Aprilis & 20. Maij proximè præteritorum in simili forma Brevis expeditis litteris

teris, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, continetur.

Cum autem, sicut nuper accessimus Cardinales & alij Judices in præmissis per nos deputati instantे etiam dilecto Filio Faustino Gallutio fisci nostri Procuratore Generali, in causa & causis hujusmodi post maturam discussionem decreverint, locum esse suspensioni dicti Magistri Generali ab exercitio regiminis, & administrationis officij Magistri hujusmodi, tam quo ad spiritualia, quam quo ad temporalia, donec causæ hujusmodi fuerint per sententiam, & rem judicatam terminatæ, vel ijsdem Cardinalibus, alijsque Judicibus deputatis, aliter visum fuerit, hinc est quod Nos, ne interim durante suspensione, & Causarum terminatione hujusmodi Ordo fratum Prædicatorum præfatus aliqua in spiritualibus, & temporalibus detrimenta patiatur, pro pastorali nostra sollicitudine providere volentes, motu proprio & ex certa scientia, & matura deliberatione, deque Apostolicæ

licet plenitudine potestatis præter &
 ultra, quascumque alias similes, vel dis-
 similes facultates Antonio Cardinali
 Protectori ratione muneris Protectoris
 hujusmodi de Jure, Vsu, consuetudine,
 aut ex indultis Apostolicis, & alias quo-
 modolibet concessas, & competentes,
 quibus per præsentes, nec præsentibus
 per illas aliquomodo præjudicatum fo-
 re, sed omnes simul valere, & etiudem
 Antonium Cardinalem Protectorem
 illis etiam cumulatissime uti posse de-
 cernimus, Durante suspensiōne præfa-
 ta eidem Antonio Cardinali Protecto-
 ri committimus regimen, & administra-
 tionem præfatæ Religionis, seu Ordini-
 sis, etiam in his, quæ ad Generalem
 pertinent, excluso quocumque alio,
 qui in locum ejusdem Generalis succe-
 deret vigore Constitutionum eiusdem
 Ordinis auctoritate Apostolica Con-
 firmatorum ac consuetudinis Genera-
 lis, vel particularis, vel etiam quomodo-
 libet, ac etiam cum facultate eidem
 Cardinali Antonio Protectori depu-
 tandi durante suspensiōne præfata, &

ad tempus sibi bene visum, & alias vitâ, & moribus, & doctrina idoneum, cum facultatibus eidem Cardinali Prostori bene visis, etiam Vicarij Generalis, ut durante suspensione præfata possit exercere omnia & singula munia, quæ ad officium ejusdem Generalis quomodo libet spectant, & spectabant, & cum omnibus ad hujusmodi Generalatus officium pertinentibus, præfatumque tempus semel, ac plures prorogandi.

Decernentes ex nunc prout ex tunc, & è contra, validum, firmum, & efficax fore, quidquid idem Antonius Cardinalis, & ejusdem deputati, & deputandi in præmissis vigore præsentium fecerint, gesserint, ordinaverint, executi fuerint, & exequi mandaverint, sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & quosvis alios quavis autoritate fungentes nunc & pro tempore existentes, sublata eis & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, seu in-

ter-

interpretandi facultate & autoritate, judicari, & diffiniri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam, quavis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentare. Non obstantibus Constitutionibuss & Ordinationibus Apostolicis, etiam in universilibus, & Provincialibus Concilijs editis. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 27. Junij, Pontificatus nostri Anno XIX.

Marcus Antonius Maraldus.

B.

Copia Epistolæ ad sanctissimum D.N.

Beatissime Pater.

Ad pedes tuæ sanctitatis, imò ad illa mellea miserationis Paternæ viscera, quæ afflictum Orbem solatijs condijunt, adrepimus Filiorum mini-
mi,

mi , anxiè supplicantes , humilem nō-
 strum Prædicatorum Ordinem , tot ha-
 stenus , seu favis ; seu favoribus per te ,
 tuolque locupletatum , hac defum vi-
 ce potenter eripi à lethifero divisionis
 ictu , quem heu imminere (nī subvenia-
 tur) plurimi sentimus . Res est : de
 mandato sanctitatis tuæ Generalis Or-
 dinis Magister nos ad universale Capi-
 tulum convocavit . Paruimus , com-
 paruimus per spacioſa prolixorum iti-
 nerum pericula , vix tantum salva vita
 eluctati , venimus tamen & extra o-
 mnen ſpem nostram inuenimus Com-
 provincialem nimirum P.F. Michaelem
 Mazzarini jam fruentem Præfidis Ge-
 neralis loco , ac titulo , quem alias in hu-
 jusmodi congregationib. nostris cōfer-
 re ſolet Electorum calculus , niſi præve-
 niat altior autoritas . Nos verò hūc Præ-
 fideim (o sit verbulo venia Pater Bea-
 tissime) ſic tantum acceptare poſſu-
 mus , ut interim , vel Principum nostro-
 tum gravi indignatione oneremur , ac

pro-

propter illum proscribamur , vel dive
 lamur miseri ab Ordinis Compagno, uni
 cique Capitis unione, siquidem Augu
 stissimo Imperatori, Regi Catholico, a
 lijsque Principibus non paucis Pater il
 le citra omnem culpam nostram (forsi
 tan & suam :) adeo suspectus, invisus, &
 exosus est, ut nobis minus cogitantibus
 severè, ac serio, cominus, eminus, verbo,
 scriptoque injunxerint, caverentus, ne
 qua viro huic in universum Ordinem
 constaret autoritas , secus non admit
 tenda fore in Regnis ac Territorijs i
 psum, quæcumque vel ab ipso , vel
 sub ipso à Difflitoribus pro Communi
 Ordinis gubernatione decernentur.
 Quia in re facile prælucet ingens & ine
 vitabile magni hiatus , ac secessionis in
 Ordine nostro periculum , si præme
 morati Principes (qui in ditionibus suis
 majorem Ordinis portionem, videlicet
 Provincias 22. cum aliquot florentissi
 mis Congregationibus fovent) decreta
 hujus Generalis Capituli , quod ejus
 præses graviter displiceat, aliaque dein-

H ceps

ceps illius mandata suis inferri Territo-
rijs vetuerint, ut minandur. Vnde si-
et, ut vel in partibus illis sumus absque
Patre, sicut Oves sine Pastore, vel (quod
absit) aliud Caput constituendum erit,
quod illic nobis praesideat. Neutrum
voles, Pater Beatissime, quamdiu Ordin-
inem nostrum in columnam esse voles, quia
si tali divortio scindimur inviti : ad in-
teritum Religio ruat, necesse est.

Itaque in anfractu perplexi gemi-
mus, nec scimus quorsum pro solamine
confugiendum Nobis sit, nisi ad te, hoc
est, ad Patrem nostrum non minus hu-
manitate, quam potestate in terris; O-
ptimum, Maximum, certi, quod nec ra-
tum Voles id, cui extrema Ordinis no-
stri pernicies tam prope agnata est, nec
Paternus animus tuus ad consolatio-
nenm omnium pientissime semper ex-
cubans sufferet, ut ex Italia revertamur
in Patrias nostras desolati, ac mœsti, seu
vivæ tabulæ naufragi Ordinis inque
Partes jam comminuti.

Audi Pater Beatissime & compatere
anxijs

anxijs. Provincia nostra in Hungaria
 olim florida, at furijs hæresum excisa
 stirpitus, nunc repullulat inter medios
 sectariorum fremitus, sub clypeo ta-
 men unici Clementissimi Cæsaris : at
 continuo hæc emarcescit, magno fidei
 illic propagandæ detimento, ubi con-
 stiterit Hungaris, Imperatorem offen-
 sum esse Ordini, qui Mazzarino paret,
 aut parere conatur. In Germania
 complures nostri Conventus in hære-
 ticorum urbibus degunt, ut Catholico-
 rum, qui in liberis civitatibus pauculi
 supersunt, fidem, ac devotionem, erga
 S. Sedē sustentent. Fremunt ad hoc Hæ-
 retici pluriesque tentarunt, ac tentant
 ejcere nostros, sed sola hactenus pro-
 pitij Imperatoris autoritas, ut cumque
 continet eorum lævitiem, quid porro
 facturi sunt, si Cæsarem ab hoc Ordine
 aversum esse intelligent? intelligent
 verò, quaumprimum Mazzarinum e-
 jus Vicarium Generalem legerint. In
 Palatinatu Rheni Rex Catholicus per
 indulgentiam S. Sedis aliquot opulenta

H 2 Ord-

Ordinis nostri monasteria obtinet, de quibus ad incrementum fidei & Religionis propediem Ordini redhibendis spes ampla admicuit, at emoritura, si Regi Ordo à Capite displicere incepit.

Similia narrati possent de vasto Bohemiæ, Moraviæque Regno in quo nec ad horam fere subsistere poterit ordo, si eum Imperator protegere cessaverit de Hispanijs, de utrisque Indijs, de Belgio, Rhætia, alijsque statibus longum foret quod offerri posset, sed nolumus ire per singula, utinam tantum hæc nostra Comitia Romæ indicta fuissent, ut locus esset, hæc, aliaque oretenus ad pedestruæ Sanctitatis copiosius exporre. Sed ne nunc quidem diffidimus, imò in spem securissimam fidenter exporigimus Animos, sola tum tuâ, tum cauſe nostræ æquitate nixi. Nimirum satius judicabit summus Pastor, tantisque Christianitatis Principibus, & eorum placitis condescendere, ne integer Ordo patiatur, quam permittere quod,

pro

pro uruis Fratris brevi ornamento & titulo major pars nostrarum Provinciarum subiratis Principibus contributetur.

Conati fuimus in simplici candore placidæ Charitatis (priusquam ad tuos pedes recurreremus) dicto Patri Mazzarino repræsentare dulciter hasce nostras difficultates , ideoque missa legatione modestissimè eum informavimus , dein rogavimus, ut saltem nostri misertus , & Ordinis tantisper ultro cederet dignitate Præfidis , sed furdo fabulam cecinimus , quin amarulentè cumque acerbissima bile excepta , clamoribus intercepta, demum & fastidiosè spreta minaciterque cum sonoro jurio repulsa fuit mitis nostra Legatio , immo & nobis non semel cum ingenti vociferatione occulcati Carceres , Exau&torationes officiorum , Excommunicationum fulmina , dira convitia , & quidquid asperum suggerere commoto potuit , non impetus , at constanter ardens iracundia.

H 3 ta-

tamen sustinuimus adhuc per dies aliquot si commode tum liniret , at ipse jam obduruerat , hoc solum prætentens, se quidem libenter cessurum præsidentis officio , verum aliquos ex præsentibus Provincialibus minimè in id consensuros. Ii verò sunt Provinciales Siciliæ, Apuliæ, Calabriæ, Pedemontis, cum paucis alijs, & Polonus, qui cum Provincialatus suos modis omnino inusitatis, utque veremur planè obreptitijs acquisiverint : fortè metuunt , nisi Mazzarinus Ordini præsederit sese omnes Causa , partaque dignitate ca-suros.

Viso igitur hoc rerum nostrarum statu, quodque pro admittendis, vele excludendis vocalibus, iij constituerentur nobis Judices, qui non tantum præconcep-tis affectibus, parti studerent, sed & i-psimet, dubium votum habeant, dum interea aliis indubiæ authoritatis Provincialis, clarum Legum nostrarum litteram pro se habens , Ordinisque præxim, & insuper tuæ Sanctitatis diploma,

de

de rejectione à confortio suffragandi periclitatur. Viso inquam nocturbulento procedendi modo , desperatoque, remedio, tranquille & absque omni tumultu, licet non sine gemitu, secessimus à loco Capituli : nempe hinc urgente nos Principum severo mandato , inde Personarum nostrarum in talibus circumstantijs periculo. Nam sicuti in posterum liberis suffragijs , ut par est, sententiam nostram dicturi eramus in Diffinitorio, aliter quam cuperet Mazarinus in promptu futuræ erant minæ Carcerum , Interminationes censurarum , clamorosi insultus, aliaque discrimina. Ita enim nobiscum agi jam ceptum est , nec mitiora sperare licuit. Itaque omnem tumultum præventuri, & ad portum tranquillitatis, hoc est, ad tuam benignitatem configituri , cessimus & locum iræ dedimus jubente Apostolo : quidquid verò sanctitas tua in hoc negotio decreverit, humillimè expectamus, securi, quod saltem dicemus tutius , & audiemur mansuetius apud.

H 4 Pa-

Patrem , & quidem Vrbanissimum.

Ergo Pater Beatissime ad te demum
gembundi, perplexi, desolati fidenter
recurrimus per eū cujus vicē unicus in
in terris sustines, effictim obsecrantes,
miserere, tuisq; filijs in Italia peregrinis,
domi verò suæ (ni succurreris) propediē
quoque exulaturis, undequaq; pericli-
tantibus, dulce illud gremium Paternæ
teneritudinis ne claudito. Expugnent
mitissimum cor Patris angustiæ filio-
rum, ut pro tua eximia pietate consulas
indemnitati Ordinis nostri in partibus
illis miserè periclitaturi , & imminentि
eius divisioni repagulum opponas.
Quod feceris si vel ipsemeth huic nostro
Capitulo Caput aliud præposueris, vel
Capitularib; de benignitate Apostolica
clementer indulseris, ut ex more & ritu
Ordinis , præsidem Comitiorum sibi
eligant, quemcumque tandem , dum-
modò alium à P. Mazzarino.

Quod si neutrū horum placuerit,
obedienter ad æquanimem toleran-
tiam nos componemus, parati ad præ-

ceptum tuum non hæc tantùm subire
 damna & pericula, quæ ut cumque nar-
 ravimus (quod tamen tu nolles, scimus)
 sed & ultro in exilia, in persecutio-
 nes, in mortem ire, cum pluris interficit tua pla-
 cita observari, quam nos esse. Hoc so-
 lum restat, ut (dum hic magnò sumptu
 congregati subsistimus) mentem tuam
 clementissimè nobis aperire, nec de-
 digneris, nec differas rogamus in genua
 procubiti, & prostrati. Vale Pater San-
 ctissime, ut vel sic quoque valeamus. Vi-
 ve diu Beatissime Pastor, & refugium
 nostrum, nec nos vivere pigeat, & si gra-
 tiam in oculis tuis, imò & compassio-
 nem in visceribus paternis invenimus,
 brevi nos consolare. Interim te tuos
 que, ad omnem constantissimæ felici-
 tatis cumulum propitio numini inde-
 fessè commendabimus, ut mundi jam
 furentis fluctibus prevalere pergas. Da-
 bantur Genuæ 23. Octobris 1642.

*Sanctitatis tua pedibus ad volunti hu-
 millimi filii,*

Prima Series.

Fr. Ioannes Philippus Fridt, Theologiæ Magister Germaniæ, Thuringiæ, & Saxoniæ Provincialis, Ordinis Prædicatorum.

Fr. Dominicus Laurus, Magister, ac Provincialis Bohemiæ, & Moraviæ Ordinis Prædicatorum.

Fr. Ioannes de Castillo, Magister & Diffinitor Mexicanus.

Fr. Paulus de Velasco Prædicator Generalis, Diffinitor de Guatimala.

Fr. Hieronymus Vincentius Maymo Lector & Diffinitor de novoregno.

Secunda Series.

Fr. Dominicus Marinus Magister & Provincialis Terræ Sanctæ.

Fr. Thomas de Roccamora, Magister & Diffinitor Aragoniæ.

Fr. Ioannes de Cocar, Magister, Prior, & Diffinitor Bethicæ.

Fr. Cyprianus de Medina, Magister & Diffinitor de Peru.

Copia Primæ Epistolæ ad Eminentissimum Cardinalem Antonium Protectorem.

Eminentissime Princeps, Clementissime Protector.

UTINAM eo loco res nostræ consisterent, ut importunâ nostra fiducia graviores vastissimè Prudētiæ tuæ Curas interpellare neutiquam hac vice cogemur, sed dum aliud jubet suprema nostra ordinisque necessitas, audemus, quod tuā Barbarinæ indolis dulcedinem securè audendum est, nec enim te novit quisquis in te austерitatem timet, aut rugas pavet.

Scito igitur Protector Eminentissime, quod ad Generale Ordinis nostri Capitulum ex Variis, ac remotissimis orbis partibus confluentes, ubi maximè potum nos tenere opinabamur, inter scopulos, ac discrimina periclitari nos deprehendimus.

Siquidem ex una parte validissimè strin-

stringimur, severis, ac seriis mandatis eorum Principum, in quorum Regnis, ac ditionibus potentissima Dominicanae Religionis portio (nimis Provinciae duæ supra viginti, nec non congregations aliquot affatim numerosæ, ac floridæ) confederunt, constringimur inquam eorum imperiis, ne Capitulo taliter, ut nunc videmus constituto ullatenus interveniamus.

Ex alia verò parte gravissimè Nos angit Admodum R.P. Fr. Michaëlis Mazzarini Provincialis Romani iracunda vehementia, & inexpectatus procedendi modus, quem certò sciimus Eminentiae tuæ, ad solum Ordinis emolumentum, pacem, atque indemnitatem respicienti minimè placitum. Scit bon' ille Pater Nos (uti tenemur) Eminentissimi Protectoris nostri Sacrosanctam auctoritatem in omnibus, ac per omnia obedientissimè revereri, nec ab eis prudentissimis præceptis (dummodo verè tua præcepta fuerint, tñque menti consentanea, ac nullatenus ob
repti-

repetitia) vel latum unguem discessuros. Hoc enim nos decere agnoscim⁹, cum certò sciamus tuæ pientissimæ Intentionis Candorem & sinceræ benevolentiaræ scopum, quo bonum Commune præ quovis privato promovere, & complecti soles, unde, & evidenter colligimus te nunquam, ea aut voluisse, aut velle, quæ cum extrema Ordinis Prædicatorum ruina, ac pernicie conjuncta esse, vel postliminiò quoque intellexeris.

Priusquam igitur ad tuæ Protectio-
nis Anchoram configureremus, adivi-
mus per placidam, & mansuetam lega-
tionem Admodum R. P. Mazzarinum
præfatum, apertissimè illi repræsentan-
tes ineluctabile Ordinis damnum, quod
contra tuam, utpote Protectoris San-
ctissimam voluntatem sequuturū esset.
Si ipse titulo Generalis Vicarii universo-
hi Capitulo præfederit, proinde ro-
gavimus, quatenus ipsem pro sua co-
mitate, ac prudentia periclitante totius
Religionis bono suavius provideret de
remedio opportuno.

Ve-

Verum ista legatio tam amarulento
 apud ipsum animo excepta fuit; tantis
 que clamoribus; juriis; convitiis; ac
 minis interrupta; rejecta ac repulsa; ut
 vel inde conjectare potuerimus qualis
 deinceps futura esset ejus in hoc Capitulum
 Præsidentia; immo quam dissentanea ac disformis à spe & intentione tuæ
 Eminentissimæ Celsitudinis; præsertim
 ubi idem ipse rationibus nostris acerbè
 spretis minari cœpit nobis Comprovincialibus; ac Conjudicibus suis Carceres;
 imponere excommunicationis pœnas;
 interminare absolutoes ab officiis; idq;
 cum tanto vociferationum tonitruo;
 clamorum tempestate & asseclarum e-
 jus fremitu; ut merito non tantum vo-
 torum nostrorum in posterum libertati
 metuendum duxerimus; ubi adeo vio-
 lentè; ac tumultuosè agitur pro studiis
 partium; verum etiam Personas nostras;
 eo in loco minimè securas; actutas
 ege posse animadverterimus.

Itaq; & his rationibus adacti; & Prin-
 cipum nostrorum mandato impulsi; ut
 juxta

Juxta Apostoli Pauli monitum daremus
 locum iræ alienæ, secessionis consilium
 unanimiter cœpimus absque omnitu-
 multu, Confugientes interim ad tuæ
 Protectionis Eminentissimum tribu-
 nal, ac demississimè rogantes, ne inno-
 centem S.P. N. Dominici hæreditatem
 de tua haetenus Protectione tantopere
 gloriantem patiaris sub prænominato
 Præside in tanta compelli dispendia,
 quanta imminent, si sub tali Præside dif-
 finiendo irritauerimus Zelotypiā Prin-
 cipum quorundam ac præsertim Augu-
 stissimi Imperatoris, Regisque Catholi-
 ci interpositam læserimus autoritatem.
 Faveat obsecramus Eminentissima Cle-
 mentia tua Ordini Dominicano inter
 hos scopulos periculorum agonizanti,
 omniq; meliori modo nos à Præsidentia
 tam periculosa, & ardua liberare satage,
 ut salvo communii Ordinis emolumen-
 to, in pro illo Generalia nostra Comi-
 tia fiducialiter, securè, & fructuosè secū-
 dum ritum, & leges nostras celebrare
 valeamus, semper salva auctoritate, &
 altis-

altissimo jure Protectionis tuæ, cui néc
derogare unquam tentabimus, néc de-
rogari patiemur.

Vale Valot noster Ordinisq; Domi-
nicaniviætudo, neq; permittas, ut qui
in Italia peregrini, soloque communio-
nis boni studio impulsi ad Thronū blan-
dæ tuæ suavitatis geniculamur, absque
solatio, gustuque dulcedinis Barbarinæ
in re justa iterum ad propria remitta-
mur, itidem vale, ut valemus. Dabantur
Januæ die 23. Octobris 1642.

*Tua Eminentia tutelares
filii, ac servi,*

*Fr. Ioannes Philippus Fridt, Theologiae Ma-
gister, Germaniae, Thuring. & Saxonie
Provincialis, Ordinis Prædicatorum.*

*Fr. Dominicus Laurus, Magister ac Pro-
vincialis Bohemiae, & Moravie, Ordini-
nis Prædicatorum.*

*Fr. Ioannes de Castillo Magister & Di-
finitor Mexicanus.*

*Fr. Paulus de Velasco Prædicator generalis,
Diffinitor de Guatimala.*

Fr. H.

Fr. Hieronymus Vincentius Maymo Lector
& Diffinitor de novo regno.

Fr. Dominicus Marinus Magister & Pro-
vincialis Terræ Sanctæ.

Fr. Thomas de Roccamora, Magister & Dif-
finitor Aragoniæ.

Fr. Ioannes de Cocar, Magister, Prior, &
Diffinitor Bethicæ.

Fr. Cyprianus de Medina, Magister & Dif-
finitor de Peru.

D.

Copia Protestationis P.P. Pro-
vincialium Teutoniæ, ac Bo-
hemiarum.

In nomine Sacro sanctæ Trinitatis.

Nos infrascripti vigore Præsentium
protestamur, salva religiosa mode-
stia & Vinculo Charitatis, quod hester-
na die, Naturè consideratis rei Circum-
stantijs à loco conscripti Generalis Ca-
pituli secessimus, non discordiæ, schis-
matis, aut rixarum studio, ut immerito
nonnulli ex vobis cum asperitate cen-

I fuerunt,

suerunt, multominus autem animo subducendi nos mandatis Eminentissimi Cardinalis Protectoris, aut refragandi Dispositionibus S. Sedis Apostolicę (cui supremum in terris, respectum, reverentiam, obsequium, & obedientiam ab omnibus deberi agnoscimus) nec denique ea mente, quasi votis, ac juribus nostris in hac similiue congregatione cederemus.

Sed primò, quia Augustissimi Imperatoris nostri expressum mandatum habemus, conformandi nos Consiliis, & actionibus Patrum Hispanoruin, in his, quae ad praesens Capitulum spectare videbuntur. Vult enim Clementissimus Cæsar, ut dum Causa Principum eadem sit Vasallorum Consilia & media neutiquam separentur. Nos vero hac in re mandatum Principis negligere tantuidem est, ac Ordinem (pro cuius emolumento venimus) in illis partibus extremæ pernicie exponere, neque enim inter haereticos conservare nos poterimus, nisi quo usq; benevoli Imperatoris au-

tori

foritas, & Protectio singularis Conven-
tus nostrōs protegere , ac vallare per-
rexerit. Accedit quod Teutoniæ Pro-
vinciæ Cœnobia sub Regis Catholici
immediata tutela degunt , ut proinde
nihil ferme in Regionibus illis possideat
Religio Prædicatorum , quod citra pa-
trocinium speciale Serenissimæ Domus
Austriacæ conservari possit.

Secundo experientia nos terruit, quā
vidimus aliquorū Comprovincialium
animos asperiori in nos affectu præoc-
cupatos id agere. Ut ubi loquendum
nobis est in Confessu , clamoribus nos
obruant, convitiis pungant, fremitibus
compescant, imò non sine ingenti Cor-
dis dolore sustinuimus interminari No-
bis in publico Consilio Excommunicati-
onum fulmina, Minas Carcerum, Ex-
autorationes ab officiis , & quidquid si-
milium incommodorum arripere po-
tuit. Commotus iracundiæ fervor. Porro
talis nobiscum procedendi modus mul-
tam sapere videtur violentiam, nec satis
cohærere poterit cū libertate nostrorū

suffragiorum, & si ante inchoatam Præsidentiæ ac Diffinitoriis solemnem autoritatem ita tractari debuimus, aut potius quid sperandum, ubi ad rem proprius deveneretur?

Tertiò videmus in præsenti Patrum Capitularium congregatiōne quosdam intervenire Provinciales, quorum autoritas adhuc sat dubia est, eò quod in usitata via, & præter consuetum Ordinis modum, prætensa institutione Apostolica (quam subreptitiè impetratam fuisse veremus) dignitates suas obtinuerant. E contra vero aliis indubitate authoritatis Provincialis, cui non tantum expressa littera nostrarum legum, & praxis Ordinis, sed & Apostolicum diploma favet, à suffragandi, ac difiniendi consortio excludendus esse prohibetur, eò forsitan aliquorum timore, ne p tutela, & defensione Revendissimi Magistri Ordinis suo calculo stet, ac laboret. Quæ res permagno nobis argumento est in isthoc Capitulo ingens aliquod, imaginq; momenti negotium

per industrias, artesque taliter dirigi, ut
quacumque demum via aliqui prevale-
re possint, per majora ad inducendum
regimini Ordinis grandē mutationem.
Maxime cum ex delectis votorum ex-
minatoribus duo partibus studere vi-
deantur contra Reverendissimū P. Ge-
neralem, ut exinde mirū non sit, si qua
forte in admittendis, excludendisque
vocalibus intervenerit passio, vel affe-
ctus. Similia autem nobis verenda es-
sent in collectione suffragiorum incho-
ante Diffinitorio, præsertim si Secreta-
rii mun^o obiveritis, qui ad hoc jam fue-
rat deputatus. Jam enim non semel ex-
pertī fuimus, quantis qualibusque ipse
moveatur affectibus ad clamandum, &
declamandum contra nos.

Supersunt & aliæ discessus nostri cau-
sæ, quæ ex parte communes habemus
cum Reverendis Patribus Hispanis, ad
quorum Protestationem eatenus nos
remittimus. Rogantes Admodum Re-
verendas Paternitates vestras, ne, dum
a deo candidè, ac sincere mentem eis

I 3 expo-

exponimus, quidlibet aliud de nostra
secessione suspicentur. Fecimus quod
in tali rerum statu duximus necessariò
faciendum. Quod superest remedii, ac
solatii pro Causa nostra, speramus id
nos brevi à S. Sede Apostolica mediis
per optimis obtenturos.

*VV. rarum RR. marum PP. tum Confratres
ac servi in Domino:*

Fr. Joannes Philippus Fridt, Magi-
ster Provincialis Teutoniæ.

Fr. Dominicus Laurus, Magister
Provincialis Bohemiæ.

Copia.

*In Dei filio sibi dilectis Admodum Reverendis
Patribus Fratribus, ac Sororibus Ordinis
Prædicatorum universum per
orbem diffusis*

F. Michael Mazarinus, S. Theologiæ
Professor, ac totius ejusdem Ordinis Gene-
ralis Magister & seruus.
Salutem & regularis observantia, ¶
augmentum.

SVpremo totius Ordinis nostri Regi-
mine mihi, vestrum omnium mini-
mo,

mo, meritorumque novissimo demandato, præcipua cura fuit quantociùs venieendi ad vos, ut aliquem fructū in vobis, & per vos in memetipso haberem: sed prohibitus sum, quia bono semine seminato, inimicus domo in medio tritici superseminavit Zizania, unde ea primum colligere fuit necesse, ut vobis triticum incorruptū servaretur, & manipulos illos asportare fas esset, pro quibus longo tempore flentes semina misit lacrymarum. Sed jam Patres, & fratres charissimi repleaturos vestrū laude, & agite gratias Deo bonorum omnium largitori, quoniam exaudita est oratio vestra, & mea.

Sacris Sanctiss. D. N. Urbani divina providentia Papæ VIII. feliciter Dominicū gregem regentis pedibus provolatus ea omnia humiliter exposui, quæ ab ordine toto in unū congregato decreuerunt: & in Conventu nostro Sanctæ Mariæ super Minervam solita Magistrorum Ordinis sede omnia ea peregi, quæ in eorum assumptione fieri

confuetum est, sed quia nostri Capituli generalis acta adhuc sub praælo sunt, hanc vobis transmittendam esse epistolam, congruum esse judicavi, ut antequam præcepta ad vos perveniant ab illorum fine alliciamini qui Charitas est. Istam doctrinam suscipite, ne sine ipsa etiam iteratis præceptis, & ordinacionibus officiamini, velut aera sonantia & cymbala tinnientia. Inquirite pacem, & persequimini eam, quia sic oculi Domini super vos erunt, & aures ejus in preces vestras, quibus me commendatum haberi cupio, ut aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos, quos in Christo Iesu summopere diligo. Valete. Dat. Romæ in Conventu nostro S. Mariæ super Mincervam die 15. Novembris 1642.

Fr. Michael Mazzarinus,
Assumptionis nostræ Ann.
Primo.

*Fr. Iacobus Verus, Provincialis
Angliae, Magister, & Socius.*

Copia Protestationis Patrum
Diffinitorum ex Hispanijs &
Indijs.

In nomine SS. Trinitatis.

INfra scripti videlicet Magister F. Thomas de Roccamora Rector Collegij Oriolensis, illius universitatis Cancellarius, Causarum fidei in supremo sanctæ Inquisitionis Hispaniarum senatu censor, & Provinciæ Aragoniæ, Diffinitor. Magister F. Franciscus de Cozar Prior Ilerdensis, causarum fidei censor, & Diffinitor Bethicæ : Magister Fr. Jo. del Castillo Diffinitor Mexicanus : F. Cyprianus de Medina Causarum fidei Censor, universitatis Limensis primarius Cathedraticus, & Diffinitor Peruanus. Prædictor Generalis F. Petrus de Velasco diffinitor Guatimalensis : Lectio Frater Hieronymus Vincentius Maymo Procurator Generalis, & Diffi-

I s nitor

nitor de novo regno : Præsentatus Fr.
 Ludovicus de Alberola Socius Arago-
 niæ : Præsentatus F. Ferdinandus de
 Barrionuevo Socius Beticæ : Præsenta-
 tus F. Ludovicus de Ordunna Prædi-
 cator Generalis, & Socius Mexicanus :
 Præsentatus F. Hieronymus de Vera
 Socius Peruanus , Regens F. Antonius
 de Guevara Socius Guatimalensis , Le-
 ctor F. Vincentius Calbes Socius de no-
 vo regno : Præsentatus F. Vincentius
 Saborit : F. Jo. de Santiago Prædicator
 Generalis : F. Michael de sancto Jacyn-
 tho, & F. Franciscus Marzillo Prædica-
 tor generalis , nomine nostrarum Pro-
 vinciarum , ad quos attinet . Reliqui
 vero unusquisque pro suo Jure , omni
 livore , jurgio , rixandive studio peni-
 tuts remoto , placidè , ac religiosè teno-
 re præsentium insinuamus AA. RR.
 PP. VV. quod cum die 23. hujus mensis
 Octobris proposito nobis Regis nostri
 Catholici mandato , vobis magna ex
 parte simul congregatis exponeremus
 necessitatem nostræ discessionis à Ca-

pitu

pitulo, eaque nostra propositio in publico vestro confessu, asperrimè taxata fuerit, verbis contumeliosis, ut proinde velut male tractati, nec mitiora speraturi debuerimus accelerare nostrum recessum. Ideo ad nostram tutelam, vestramq; Cautelam necessarium duximus, protestatione interposita, potiores nostræ discessioneis Causas scripto (quod alias non terebamus nec volebamus) yobis universis, ac singulis candidè, & sincerè aperire.

Primò itaque locum Capituli deseruimus, consticti mandato Regis nostri Catholici, quod quidem nos examinare, cribrare, aut disputare, vel dijudicare neutiquā (multo min' negligere) debuim⁹, sed reverenter potius præsumere cum Rex noster tantus sit Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Propugnator, Apostolicæ sedis adeo fervidus defensor, & inter alias Religiones præcipue nostræ benignissimus Patronus, ac fautor, nihil eum nobis mandaturum, quam quod sapientissimo Consilio visum fuerit cedere

dere in commodum fidei, in obsequium sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & in commune bonum nostræ sacratæ Religionis. Quare nobis conveniebat regio mandato obsequi.

Secundo, cum patria & publica hujus Capituli Convocatio facta fuerit per Reverendissimum nostrum totius Ordinis Generalem Magistrū P.F. Nicolaum Rodulfum sub die 24. Februarij, labentis anni, adeoque non aliunde ipsa, quam ex auctoritate Reverendissimi P.N. Generalis, vim ac robur suum participet, censemus quod predicta auctoritate per suspensionem (ut hic, & non antea intelleximus) interim impedita, simul ex coasequenti, valor hujus convocationis impeditus sit, ac suspensus. Cumque vel nulla extet, vel saltem Ordini universo nulla intitulata sit illius convocationis per superiorem potestatem facta renovatio, aut ejus loco substituta nova, & solemnis convocatio, colligimus præsentem congregatum defectu sufficientis convocationis

non

non fore Capitularem, nec Provincijs
totius Ordinis ratum.

Tertiò auctoritas præsentis Præsidis
in hoc capitulo nobis sufficienter inti-
mata non est, qualiter oportebat, ut sci-
remus, an in se firma, ac valida sit, cum
nobis toties instantibus ac rogantibus
nunquam exhibita fuerint patentes suæ
substitutionis, quæ tamen de jure omni-
bus, & singulis, quorum interest, ac non
uni vel alterit tantum ad partem, aut et-
iam uni Capitulo conventuali, no-
bis adhuc absentibus absque omni ter-
giversatione, & ante omnia, vel ultrò
proponi, ac monstrari debuissent, cum
unusquisque nostrum (loquendo de
Diffinitoribus) ad suam rediens Provin-
ciam teneatur rationem reddere di-
stinctam, & claram de gestis & auctori-
tate Capituli suiq; legitimi Capitis: maxi-
mè v. o. quia sacra nostra constitutio,
tot Romanorum Pontificum Sanctio-
nibus, roborata, & favoribus approba-
ta, nec non perpetuæ praxis auctoritate
solidata provide, ac sapienter disponit
dist. 2. cap. s. n. 2. ut quoties à generali

Capitulo Magister Ordinis abfuerit, ipsimet PP. Capitulares per Canonica suffragia Præsidem sibi eligant, qui Capitulum interim summa potestate gubernet. Quanquam vero Sanctissimus D N. curam & administrationem Ordinis nostri totam comisiterit Eminenterissimo nostro Protectori, cum potestate, etiam (ut fertur) subdelegandi sibi Vicarium Generalem, &c. quia tamen non nisi ea auctoritas ipsi collata dicitur, quam habet Magister Ordinis. Hic vero in sua absentia Præsidem Capitulo præstituere non possit, Constanter coniunctionis Eminentissimum nostrum Protectorem nemini id muneris unquam conferre voluisse, quod si contulit (ut dicitur) ne Capitulum esset sine capite, id totum ex sinistra informatione, & Jurium, legumque nostrarum coram eo occultatione processisse.

Quartò res viginti duarum Provinciaarum in ditionibus Augustissimæ, domus Austriacæ positarum, quæ certè major sunt portio religionis S.P.N. Do-

mi

minici sub præside designato; commo-
dè, fiducialiter , ac securè posse existi-
marur. Cum enim Principes Austriaci
præfati Præsidis Eminentissimum D.
fratrem velut manifestum suæ Domus,
ac statuum adversarium palam habe-
ant, quidquid sub ipso in causis nostris
decisum fuerit, ipsi in regnis suis ad ef-
fectum ; imò ad notitiam quoque Pro-
vinciarum devenire forsan nunquam
permittent: adeoque non tantum ne-
cessitates nostrarum Provinciarum,
quas in hoc Capitulo proponere de-
buisemus remanebunt absque efficaci
remedio , verum etiam grave pérícu-
lum scissuræ in Ordine imminebit.

Quintò suspecta quoque ac dubia
est quorundam AA: RR.PP. Provincia-
lium authoritas, quanquam illi suis In-
stitutionibus Br̄via Apostólica præ-
tendant, si quidem vel omnia , vel sal-
tem aliqua ex his Brevibus laborare
obreptionis , aut subreptionis morbo
conijcimus, salva semper agnitione su-
p̄emæ Pontificiæ auctoritatis. Ne-
que

que videmus quomodo hujusmodi Provinciales in Capitulo quidquam agere possint nomine , ac titulo suarum Provinciarum , cum eæ partim jam reclament , partim reclamare præsumantur auctoritati , consequenter & actionibus talium Provincialium , qui etiam fortè ad suas Provincias regredi non permittentur , in quibus adhuc non sunt admissi .

Sexto , cum frequens nimium experientia nos , aliosque docuerit , quod si quid in Concessu Provincialium haec tenus propositum fuit , quod aliquorum palato non saperet , mox excipiamur a speris Convitijs , obruamur clamoribus , percellamur minis , irritemur opprobrijs , indignatione , fremitu , jurgijs , &c . Cumque præterea videamus hunc procedendi modum usurpari , antequam solemnitas Capituli , ejusque authoritas inceperit , non potuimus deinceps sperare mitiora , sed magis pejora , unde non licebit nobis in Diffinitorio libere nostram sententiam dicere , quin statim

in promptu adsint minæ Carcerum, ex-
communicationum, &c. Quorsum
igitur tali Diffinitorio nos interfueri-
mus, ubi suffragijs nostris libertas nega-
bitur? Et qui debebamus assidere, ut
conjudices, tractabimur ut subditi, im-
mò velut adversarij.

Septimò, præcipua Ordinis Causa
sub talibus judicibus rectè agitari in
diffinitorio minimæ posse videtur; Ea
enim est modernus status Reverendissi-
mi P.N. Generalis cuius Culpæ (si quæ
extant ad sedis Apostolice tribunal
nondum delatae) coram Diffinitorio
audiri, ac dijudicari deberent; quod ju-
dicium in absentem, & à nobis inaudi-
tum exerceri non posse, clarum est, sed
neque sub talibus Judicibus institui
posse constat, cum notorium sit, aliquos
eorum præcipuas contra Reverendissi-
mum P.N. Generalem sustinuisse acto-
rum partes, & palam ei Inimicos repu-
tari, & forte id unum satagere, ut Reve-
rendissimus noster suo Generalatu exu-
tur.

Octavo non possumus consentire in Personam pro functione Secretarij in praesenti Capitulo deputatam, ut potè nationis Gallicæ, meritò nobis suspeçtam.

Noilo, meritò Nos Hispanos paucos vigilare facit tanta PP. Gallorū in hoc Capitulo confluentium multitudo, ne forte illa vincant, quod ratione evincere minus poterunt. Quid enim sibi vult, quod occasione quatuor tantum vocalium ex Regno Christianissimi Regis, fere octuaginta, aut plures Gallicæ nationis adventarint, maximè cum constet eos Regijs litteris instructos venire cum mandato, ut Regis intentiōnem percipient à p̄fato Pr̄fide Capituli.

His itaque alijsque rationibus opportuno loco, & tempore forsitan explicandis permoti, à loco Capituli ultimò discessimus, tenore p̄sentium, omnique meliori modo placide, ac modestissimè protestantes, primo nos neque isto discessionis actu,

neque

nēque hoc scripto quidquam intende-
re : quod vel debito sedis Apostolicæ
respectui, vel reverentiæ , atque obe-
dientiæ Eminentissimi Cardinalis Pro-
tectoris, vel reputationi, paci, bonoque
communi Ordinis deroget, aut ullo mo-
do aduersetur vestræ omnium, aut sin-
gulorum famæ, legitimæve authoritatî
Ordinis. 2. Protestamur contra hester-
na, aliaque in nos contorta Convitia in-
juriosa, quibus injustè ab aliquibus Ve-
strum taxâbamur , quas Contumelias
modestè condonamus authoribus, certi
quod de nobis nunquā talia apud legitimi-
mos Jūdices sint probatuti; 3. Protesta-
mum ob rationes suprapositas nobis lo-
cum hujus Capituli minimè tutum, li-
berum, ac securum esse.

Proinde protestamur ultimò de nul-
litate omnium in hoc Capitulo sole-
mniter circa nos , nostrasque Provin-
cias, immo, & circa quælibet ordinis ne-
gotia decernendorum , excipiendo o-
mnim meliori, & efficaciori modo, & for-
ma contra universa, ac singula, quæ ab

K 2 hoc

hoc vel sub hac Capituli dispositione attentantur, vel attētantur tanquā à Capitulo non integro , nec sufficienter integrabili emanātia. Similiter excipim' cōtra omnes actiones factas , aut futuras, contraq; omnia quomodolibet eis cōnexa vel cognata, sperantes nos ab Eminentissimo Ordinis Protectore & Sanctissimo D. N. opportunum & efficax remedium habituros. Interim nolumus hisce præjudicari quidquam Juribus nostris, quæ nobis in egra, ac salva permanere volumus , & protestamur. In quorum fidem his singuli in unum congregati manibus proprijs subscripsimus. Actum Januæ die 24.

Mensis Octobris, anno 1642:

Copia

F.

Copia Protestationis Adm. Re-
verendi P. Magistri Provincia-
lis Terræ S.

Reverendissimi PP. Diffinitores.

CVm per urbem hanc Genuensem apud omnes cujuscumque Ordinis viros fama percrebuerit , cui testimonium accessit maximorum Principum(ut omnibus hic degentibus patet) nec non sententia PP. Hispanorum Germanorum, & aliorum, qui ab hoc præsenti Capitulo discesserunt , (hac inter alios permoti ratione) fratres plerosque ad hoc Capitulum convenisse, ut nonnulla contra Personam absensem, & dignitatem attentent Reverendissimi P. nostri Magistri Fratris Nicolai Rodulfi , cum id verisimile ea ex parte reddatur; quod qui eidē Capitulo pœst(auctoritate adhuc plenè omnibus non constante , imo acriter oppu-

K 3 gna-

gnata , est Admodum R. P. Magister Frater Michael Mazzarinus, Provincialis Romanus hostis antiquus declaratus contra eundem Reverendissimum P. Magistrum Generalem , sicut ejusdem Reverendissimi P. nostri Generalis hostes declarati ipsius sunt PP. Provinciales (vel nequaquam à Religione vel dolose instituti) scilicet S. Thomæ, S. Petri Martyris prætensus Poloniæ , & alij eidem Patri Mazzarino adhærentes : Cumque potior & gravior Capituli pars gravibus de Causis , & potissimum hoc modo recensita ab eodem Capitulo discesserit , ex quorum discessu pars hostium ejusdem Reverendissimi Patris Generalis facta est validior. Ego Frater Dominicus Marinus S. Theologiæ Magister, Provincialis Terræ sanctæ , ac ejusdem Reverendissimi Patris Socius honori, & existimationi ejusdem Reverendissimi Patris prospiciens, ne at hostibus irreparabile damnum ejus dignitati, & honestati inferatur, tenore presentium appello ad Eminentissimum Cardinam.

dinalem Antonium Barbarinum nostri
Ordinis Protectorem, & subsequenter
ad Sanctissimum D. N. Vrbanum Pa-
pam VIII. de omnibus, & singulis, quæ
contra Personam & dignitatem ejus-
dem Reverendissimi Generalis, quo-
modolibet attentaueritis in hoc Capi-
tulo, & ab omni gravamine eidem Re-
verendissimo Generali inferendo, pro-
testans debere nos ab omnibus, & sin-
gulis contra eundem Reverendissi-
mum Patrem abstinere, cum præsertim
eius Causa, seu Causæ, jam apud San-
ctissimum eundem D. N. Papam, & apud
ab eodem deputatos Romæ tractentur,
& irrita fore, ac nulla, quæcumque vos
contra, vel circa eundem Reverendissi-
mum P. Generalem decreveritis, & ita
Protestor, & appello hoc & omnia illo
meliori modo. Datum Januæ in Con-
ventu S. Dominici die 25 Mensis Octo-
bris 642.

*Ego Frater Dominicus Marinus Sac. Theolog. Ma-
gister, Provincialis Terræ sanctæ prefatus.*

K 4 Copia

Copia secundæ Epistolæ.

Eminentissime Princeps, Clementissime Patronæ,

Filialis erga S. Sedem observantia , in te supplex fiducia , & in Ordinem nostrum justissimus amor, nos adiungunt, ut denique in Paternum finum Sanctissimi D.N. & in manus magnæ benignitatis tuæ, cum supremo gemitu seponamus ardua ista, & vel ipsiis faxis insupportabilia gravamina, quib. in hoc capitulari congressu premitur contra Jus & aquitatem.

Die 25. hujus mensis , quando per magna Patrum Vocalium pars interposito (graves ab Causas) protestationis remedio , reservatisque sibi Juri bus secesserat à loco Capituli , Iudicis cum ijs, qui ei ad hæserant, tempus opportunum se nactum putans, solemnem suis confessum indixit, omniq[ue] mora

præ-

præcisa absoluuit à Generalatus officio,
ac deposuit Reverendissimum Patrem
nostrum F. Nicolaum Rodulfum nulla
præmonitione (fortè ne defensioni pa-
teret spatum) nulla Causæ cognitione,
nulla vel minimi Criminis narratione
præmissa.

Deinde, ut id quod postera die agere
idem Præses constituerat secretum re-
manceret, injunxit Collateralibus suis in
virtute Spiritus Sancti per Sanctam o-
bedientiam, & sub Excommunicatio-
nis pœna, ne ulli hominū id aperirent.
Eodem igitur die sub Vesperum post
tertiam noctis horam repente intimata
est Electio novi Magistri Generalis po-
stero die celebranda, quæ etiam valde
mane, & quanta fieri potuit accelerati-
one peracta fuit, nobis Vocalibus pe-
nitus exclusis. Porro quam multiplici-
bus in hoc novo, inaudito & improviso
procedendi modo gravemur præjudi-
ciis audi & compatere Patronē Justi-
tia.

I. Quoad depositionem Magistri
K 5 Gene-

Generalis lamentamur nos, & nobiscum
plorant universi Canones circa omnia
divina, & humana, quod ab istis judici-
bus non auditus, imo coram isto Con-
fessu Capitulari, ne quidem accusatus,
adeoque omni defensionis indulgentia
privatus absque processu, & juris ordi-
ne per dictos Ordinis judices fuerit sua
dignitate spoliatus, quod si semel hic
modus procedendi licere in humano
convictu cœperit, quis hominum tandem
securus erit?

2. Leges Dominicanii Ordinis quibus hi judices alligabantur expressè de-
signant certa quædam crimina propter
quæ Generalis Magister Ordinis per Dif-
finitores Capitulariter ab officio suo
deponi possit, præmissis præmittendis.
At verò illorum criminum ne Mentio
quidem facta fuit in hoc judicio, vel ante,
quod sciamus, multominus Inquisi-
tio aliqua vel Processus.

3. Eadem nostri Ordinis Constitu-
tiones, ut suaviter disponant omnia, de-
cernunt Generalem istorum Criminu-
rum

reum à Diffinitoribus (antequam absolvatur) monendum esse, ut ultro cedat officio, locumque sibi eligat ubi honestè valeat conversari. Nihil horum judices isti præstiterunt.

4. Idem non fuerunt judices competentes, siquidem contra judicij Præsidem diversi diversa solemniter exceperant cum Protestatione publica, & multiplici de nullitate omnium ab ipso vel sub ipso agendorum, interposita etiam appellatione ad S. Sedem Apostolicam, & Eminentissimum Protectorem de non attentando quidquam contra Reverendissimum P. Generalem, quæ Protestatio & appellatio facta per Provincialem Terræ Sanctæ acceptata fuit, ac registrata, cuius copiam his acclusimus. Complures etiam ex his judicibus unà cum Præside merito suspecti habebantur, & exceptione digni, quod populariter constet eos Reverendissimo P. Nostro inimicissimos esse, contra quiem etiam in lite adhuc Romæ pendente deposuerant ut testes, forte etiam,

iam, aut actores. Denique istud Ordinis Tribunal non fuit integrum multique Conjudicū de jure adhibendorū defuerunt. Nam ex vocalibus, qui secesserant nemo adhunc actum vocatus fuit, cum tamen suum jus suffragandi per expressum sibi reservassent, tunc quando Protestantes contra qualitatem Præsidis recedebant. Vnde liquet hunc absolutionis actum meritò habendum esse, ut clancularium, & ipso jure elumbem, ac nullum.

5. Considerunt in hoc judicio qui non fuerant admittendi, videlicet Prætendens Provincialis Poloniæ, cuius institutio & auctoritas tanquam obreptitia sub actuali adhuc lite, Actore ad sedem Apostolicam juridicè appellante, exclusi autem fuere non excludendi quandoquidem legitimus Poloniæ Diffinitor (quem postera die ipsimet ultrò admiserunt) ad hunc actum vocatus non fuit.

6. Denique si qua judices isti prædicti erant Potestate nostris Constitutionibⁿibus

nibus superiore ad procedendum præter Ordinis leges in depositione Magistri Ordinis, ea certe his quibus ex equo conveniebat, seu quorum pariter intererat nullo unquam vel nutu intimata fuit, cum tamen præsumi utique debuisse, eos qui in suo recessu tam sollicitè, & expressè sua jura sibi reservaverant, indubie tali actui (sive ad remediū, sive ad consensum) voluisse intervenire si scivissent aliquam pro tanto actu adesse potestatem constitutionibus superiorum. Nunc verò ad manum existente tanta vocalium frequentia soli quatuordecim congregantur ad opus in toto ordine gravissimum, & supremum, & quidem ex his ipsis quinque (ut fama fert) depositioni Magistri Ordinis constanter dissenserunt habentes Deum & liquidam justitiam præ oculis, suisque Conscientiis intrepidè consulentes, & patietur universus Prædicatorum ordo toto orbe diffusus, per tolos novem fratres suum sibi auferri Caput? Suum exauditorari legitimū Patrem, ac Generalem

talem Magistrum præteritis tot Provin-
ciarum votis? cheu vastissima S. P. N.
Dominici Religio, in quas demum an-
gustias te redegerunt, qui hoc numero
se sufficentes arbitrati sunt, ut vel i-
psum tibi Generalem eriperent.

i. Circa electionem vero post hæc
institutam minora innocentia Religio-
ni, & jurib[us] nostris inficta sunt vulne-
ra: Primo enim Capitulum istud ex vi
suæ Convocationis (si ritum legesque
Ordinis attenderimus, uti nos debe-
mus) non potuit esse electivum, sed tan-
tum diffinitivum. Nam si electio Magi-
stri Ordinis hic celebranda erat premo-
tiendæ fuissent de jure omnes Ordinis
Provinciæ, ut huc non solum suos Pro-
vinciales mitterent, sed & singulæ duos
alios ipsis adjungerent Electores de suo
gremio, videlicet Diffinitorem, & So-
cium Diffinitoris (non Provincialis) q[ui]
cum hic penitus omissum sit, clare patet
omnes totius Ordinis Provincias, per
hanc repentinam Secretissimæ Electione-
nis usurpationem gravi injuria affectas
esse,

esse, dum singularum bina vota præterita, ac suppressa fuerunt. Vnde etiam accidit, quod cum ad Electionem Magistri Generalis apud nos de jure concurrere debeant 126. Vocalēs, hic numerati fuerint soli 25. Vocales, immo magna ex parte iidem ipsi ministrinè Vocales secundūm jura. Nam

2. Intervenere huiē Elec̄tione cum pleno suffragio singuli Socii singulorū Provincialium, qui elegerunt, cum tamen illi juxta statuta Ordinis dist. 2. c. 5. n. 3. nil vocis habeant ad talem actum.

3. Nec tantum admissi fuere non admittendi, sed & qui in dubiè intromitti debuerant, obserato ostio contra jus, fasque exclusi foris consistere debuerunt, ii sunt Provinciales Lombardiae, & terræ Sanctæ; non fuctunt convocati reliqui, qui de jure advocari debuerat, poterantque, videlicet Provinciales Teutoniae, & Bohemiae cum aliquot Diffinitoribus, Indianum, Hispanię, qui utiq; jus suum in tanto actu presumdare, aut negligere neutriquam voluissent,

hec

nec debuissent, erantque ad manum
tunc intra portas Cœnobii ubi fiebat E-
lectio.

Cum iidei isti exclusi, præteritique
Vocales fraude maturius intellecta mi-
sissent suum jam antea legitimè institu-
tum Procuratorem, ut actum impedi-
ret, contraque hujusmodi attentata,
velut ipso jure irrita, inania, ac nulla ex
 nomine Provinciarum protestaretur,
etiam non tantum auditus non fuit, sed
& reali impedimento violentè exclui-
sus, ne intrare posset, hoc est ne juribus
nostris ullus superesset remedii locus.
Proinde opus fuit Protestationem foris
ante ostium, coram Religiosis inibi pre-
sentibus omni meliori, possibiliq; mo-
do deponere, ac eandem postea coram
aliis honoratis viris ad majores facti evi-
dentialam, ac robur identidem renovare.

6. Adfuit tamen Deo cœlius pro-
vidente aliis, qui intra eligentium con-
clave qualitercumque admisissus ibidem
Zelo Justitiæ, & legum Patriarum ac-
census, apertissimè contra talem ex-

stio-

ctionem protestatus fuit, forma qua potuit solemniori.

Deniq; dato, sed nunquam concessō, quod isti qualescumque Electores sufficientem forsitan autoritatem habuissent ab Eminentissimo Protectore ad eligendum Generalem Ordinis Vicarium (de qua nobis nil constat) tamen hac Eminentissimi Protectoris auctoritate abuti non debuerunt usq; ad ipsius Generalis Magistri depositionē, novique electionem. Cum enim Eminentissimo Protectori gubernatio Ordinis à Sanctissimo eō usque demandata sit, quamdiu duraret nostri domestici Capitis, seu Magistri suspensio, colligere debuerant, quod Generali nostro semel penitus absoluto, & consequenter expirante dicta suspensione, nullā ipsi ulteriorem autoritatem accipere p̄sterant ex auctoritate Eminentissimi Protectoris, utpote cuius Præsidentiam expirare fecerant absolvendo Generalem.

En Patrone Eminentissime quantæ

L nos

nos Causæ adigunt, ut ad tuum Patroci-
nium fauicio cum ejulatu configiamus,
oppressi, gravati, circumventi: eja igi-
tur felicitatis nostræ, imò Christianæ
Reipublicæ arbiter, misericere Justitiæ
tam evidenter laboranti, & vel ex no-
bili officio medicam adhibe manum
juri, & æquitat, itot inquis, & atrocibus
injuriis per vim & nefas jugulatæ.

Justitiam à Sanctissimo implora-
mus, & per tuam imploramus, per-
mitte nunc, ut exinde tibi in æternum
debeat Religio nostra quod salva sit,
naufragiumque præ omnibus à sèculo
perniciosissimum evaferit, ita deum
vale eminentissimum jubar, & oppres-
sis apud Sanctissimū D.N. validissimè pa-
trocinari pro Jesu non dedigneris. Da-
bantur Januæ in Conventu nostro S.
Mariæ de Castello die 26. Octobris
1642.

*Tuæ Eminentia humiliter adgenitati
supplices filii;*

Fr.

Fr. Ioannes Philippus Fridt, Sac. Theologiæ
Magister, Germaniæ, Austriae & Saxo-
niæ Provincialis, Ordinis Prædicato-
rum.

Fr. Dominicus Laurus, Magister ac Pro-
vincialis Bohemiæ, & Moraviæ, Ordi-
nis Prædicatorum.

Fr. Ioannes de Castillo Magister & Diffini-
tor Mexicanus.

Fr. Paulus de Velasco Prædicator generalis,
Diffinitor de Guatimala.

Fr. Hieronymus Vincentius Maymo Lector
& Diffinitor de novoregno.

Fr. Dominicus Marinus Magister & Pro-
vincialis Terræ Sanctæ.

Fr. Thomas de Roccamora, Magister & Dif-
finitor Aragoniæ.

Fr. Ioannes de Cocar, Magister, Prior, &
Diffinitor Bethicæ.

Fr. Cyprianus de Medina, Magister & Dif-
finitor de Peru.

H.

Secunda Epistola ad Eminentissimum Protectorem.

*Eminentissime Princeps, Clementissime
Protector:*

CVm certi simus nihil ab heroico animo tuo alienius esse quām quod Ordinis nostri leges ac sacerrima jura mereantur funditus cōculcati, idcirco fidenter accedimus, tuam Eminentiam pro solius justitiae incolumente humiliter, ac filialiter interpellaturi.

In primis novit Eminentia Tua, humilem Prædicatorum Ordinem, auringante tenera ac Paterna S. D.N. Solitudine sub alis dexterimæ tuæ Providentiæ feliciter consedisse, quando illius plenissimum tibi gubernaculum commissum fuit pro toto illo tempore quo duratura erat domestici capitis nostri à functionibus suis suspensio.

Interea Præses nostri Generalis Capituli, cum aliquot suis Collateralibus die 25. hujus repente, modoque penitus

tus inaudito, & absq; legitima (quæ toti Capitulo constiterit) autoritate de facto , & absque criminis ullius juridica mentione Generalem Ordinis nostri Magistrum, hactenus, ut præfertur, tan-tum suspensum omnino absoluit, sicq; eadem opera Tuam illam immediatam nostræ Religionis Gubernationē (qua tanto tempore gloriabamur) abrupit, dum suspensionē nostri Generalis tandem omnimoda depositione (qualicumque illa) expirare fecit. Quod quā nobis crudum, & acerbum acciderit, satidum exprimere, nec possumus, nec debemus. Si Generalis nostri Ordinis Magister diutius in hac suspensione detinendus erat, bene nobis erat sub tua umbra Cardinalis Eminentissime: si relaxandus erat, bene nobis fuisset sub illo, vel simius bene, adfuissent Ordini juridica remedia quib⁹ sub illo, vel certè s̄b alio bene habere potuisset. Nunc verò id egerunt nonnulli, Capitulares nostri, quantum quidem in ipsis erat, ut neutrum haberemus, ut nullo habitu

L 3 nostra-

nostrarum legum, juriumque respectu
 utroque isto Capite perictum unicum
 subito ac inopinatò privaremur. Quod
 an non, & auctoritati, & Sanctissimæ In-
 tentioni tuæ è diametro adversum inju-
 riumque dubitent, qui peccatus tuum Ju-
 stitiae & æquitatis amantissimum minus
 noverunt. Nos certè usque in modo cre-
 dere neutquam possumus te, aut man-
 dasse unquam, aut imposterum quoque
 approbaturum, quod inauditum, imò
 in Ordinis Tribunal, ne quidem accu-
 satum absq; omni juris ordine, proce-
 su, causæ cognitione, legumque nostra-
 rum apertissimè reclamantiū reveren-
 tia condemnent judices Religiosi, ex-
 clusa Coniudicium non parva manu, ad-
 eoque per Confessum juridicè non in-
 tegrum contrainterpositas tot solidissi-
 mas protestationes, imò & solempnes ap-
 pellationes ad Eminentissimum Protec-
 torem & ad ipsam S. Sedem Apostoli-
 cam, quæ ipsis juridicè intimatæ, acce-
 pte, ac registratæ fuerunt. Non credi-
 mus inquam tuo candido & justo Zelo
 placi-

placitum, quod ex tanto Vocalium,
 (qui prope ad manum erant, quiq; sibi
 jura per expressum reservaverant) nu-
 mero soli quatuordecim fratres prēter-
 cundo nos reliquos rem totius Ordinis
 gravissimam attentaverint, & si verum
 est quod fama tulit quinque ex ipfis met
 illis huic depositioni constantissimè re-
 clamasse, restat, quod soli novem eò
 processerint, quò crederent re sufficere
 ut tanto tamque vasto Ordini suum Ca-
 put eriperent; ô nos infelices, si diffusa
 toto orbe Dominicana Religio, & tan-
 to quidem freta Protectore, adhuc ta-
 men per istos compingi potuit in tam
 arctas angustias, ut in Conspectu gene-
 ralis Capituli tota esset in manu & arbi-
 trio novem Capitulariū, & talium qui-
 dem quorū nonnulli dubiam autorita-
 tem habuerunt; si talia, & tali quidem
 modo actitanda erant, ut quid nos ab
 extremis terrarum partibus acciti, & ad
 quid conscripti fuimus, non audiendi,
 sed excludendi à præcipuis Ordinis tra-
 statibus, adeo ut & Procuratori nostro

loquendi, nostraq; proponendi aditus fuerit interclusus? Hic, hic evigilet tuus Eminentissime Protector pro justitia Zelus, neque enim sine tuæ Clementissimæ protectionis incuria, ac leſione fieri potest, ut hujusmodi nobis, ac Provinciarum nostrarum juribus violentia inferatur. Quin magis exurge Phinee glorioſe, exere purpureum Justitiæ Ze- lū, & leges Patrum nostrorū, pro quibus afflictim gemimus jura Patriarum nostrarum pro quibus periclitamur, ordinem deniq; nostrum saluberrimis statutis affabré ordinatum, & in sua defenſione respirantem in rituum, & Constitutionum suarum proculcatione suspirantem potenter protege.

Ad Capitulum generale convocati intentione simplici rectaque venimus, facturi quæ pro Ordine secundum Ordinis leges à nobis legitimè fieri possent. Venimus inquam, sed invenimus nos circuventos, ut potè qui conscripti ad Capitulum Diffinitionis, mox prime in limine experimur mutari illud in Capitu-

pitulum electionis. Atque utinam ab his
 (qui talia moliuntur) Conprovincialib.
 nostris vel unicum istud scire licuisset,
 in qua potestate hæc faciant: verum ipsi
 exclusis, neglectisque nobis rem suam
 fecerunt secretissime, siquidem manè
 illo sub Excommunicationis pœna in-
 junctum ipsi fuit rigidissimum de futu-
 ra electione silentium. Exinde res tota-
 nos latuit, qui eramus foris, sed prope
 ad manum. Eodem vespere post horam
 noctis tertiam indicta fuit solis, qui do-
 mi tunc aderant, electio in diem se-
 quentem, quam matutinem celebran-
 da, eodem postero die celerrimè pri-
 mulis à Crepusculo horis in effectum
 deducta: An ut hoc modo fraudarent
 nos Votis nostris, quibus nunquam ces-
 simus? an ut isthuc artificio commodius
 excluderentur admittendi, admitten-
 tur excludendi, ut re ipsa contigit? an
 ut hæc industria, & acceleratione præ-
 venirent nostras contra iniquissima at-
 tentata, protestationes, quas tamen non
 omnes prævenerunt? an ut schisma? ac

L 5 di-

divisionem ultrò inferrent Ordini suum
 sibi seorsim eligendo Generalem , qui
 exclusis , vel non auditis quatuor , & vi-
 ginti Provinciarum votis à minori Or-
 dinis portione acceptaretur , imò de
 quo jam constabat , quod Principum
 auctoritate ultrò intercurrente , in 22.
 ad minimum Provincijs nunquam ac-
 ceptari permitteretur ? ô infastam af-
 flictæ Dominic . Religionis tempesta-
 tem , quando 25. suffragia moliuntur
 eligere Generalem in cuius electione
 126. Vocales indubitabile suffragandi
 Jus habent . Quando ad eandem elec-
 tionem introducuntur Provincialium
 eligentium socij , qui secundū Constitut.
 Ordinis Provinciarum bina prævertan-
 tur vota , quæ huc mittere poterunt illæ
 (videlicet cum Provincialibus Diffinito-
 rem , & Electorem) dummodo in Capitu-
 li conscriptione , vel postea indicata-
 tum fuisset Ordini instare Capitulum
 electionis . Et putandum est tacituras ad
 hoc Ordinis Provincias , quod singulæ
 duobus his fraudatæ sint votis ?

Hæc

Hæc si justa sunt, si ex æquitatis lance approbari possunt, omnia convictus humani Jura corruant necessum est. Et quid dicet Terrarum Orbis cum audierit in Generali Fratrum Prædicatorum Capitulo Sanctissimas Patrum nostrorum leges tot modis fuisse convulsas à paucis, quæ præfuerunt, ac reliquis prævaluerunt? cum intellexerit Jus Vocalium, qui ad manum erant, tam projectè pessum datum Provinciarum omnium suffragia præversa, justitiam tot validis iustibus confessam, ac vulneratam. Et crederet Mundus, hæc durante tua protectione potuisse accidere Ordini unde quaque indefenso.

Absit igitur a te, Protector Eminencissime, talia dissimulando approbes, connivendo confirmes, tacendo patiaris, quin potius age apud Sanctissimum ut hæc nostra gravamina ad Apostolicum tribunal adducta remedium obtineant, quantum ea Justitia petere fas est. Nos quidem ex omni fermè terrarum ambitu huc collecti, dum rursus in omnem

omnem terram distrahemur , vel hinc
potissimum sumemus argumentum
laudis tuæ apud Curias Principum , no-
strosque Patriotas ubertim deprædi-
candæ , quando re ipsa experiemur (ut
& securissimi confidimus) Jura nostra
& legum nostrarum Inviolabilem San-
ctitatem sub tua justissimæ protectionis
potenti , ac medica manu feliciter con-
valuisse . Ita porro valeas Protector Emi-
nentissime Dabantur Januæ in conven-
tu nostro S. Mariæ de Castello die 26.
Octobris. 1642.

*Tuæ Eminentissimæ humiliter ad geniculati suppli-
ces , &c. qui supralitt. B.*

I.

Copia Protestationis P P. Pro-
vincialium Lombardiæ , & Terræ
sanctæ super exclusione à Con-
clavi electorum.

NOs Infrascripti Fratres ad Capitu-
lum generale , & ad electionem
Magistri Generalis Ordinis Prædicato-
rum

rum, tanquam legitimi Vocales perti-
nentes fidem facimus, & protestamur
In Capitulo Generali Genuæ habito
nac die 26. Octobris anni 1642. cum
tellemus ad Electionem, seu Electionem
electionis accedere, violenter fuisse de-
tentos, & impeditos à Conversis, ma-
gno in Numero Januam, quæ accessum
ad diffinitorium præcludebat custo-
dientibus, & sic in electione admissos ea-
ratione non fuisse, idque tribus vicibus
quibus tentavimus accedere.

*Ego Fr. Prosper de Florentiola Magister,
ac Provincialis utriusque Lombardia,
ideo de nullitate electionis protestatus
sum ac protestor.*

*Ego Fr. Dominicus Marinus Magister &
Provincialis Terræ sanctæ de nullitate
electionis protestatus sum & protestor.*

*Ego Fr. Paulus Hieronymus à Garexio Ma-
gister ac Socius Provinciae utriusque
Lombardia non admissus fui ad locum
electionis, ideo de nullitate electionis
factæ protestor.*

*Fr. Sigismundus Ferrarius Magister Com-
missa-*

*missarius Vngarie, & Vicarius Genera-
lis Styriae & Carinthiae, interfui cum
prædicti PP. fuerunt exclusi.*

*Fr. Paulus Merenda Lector, ac Prior Novi-
claustrensis interfui cum prædicti Patre.
fuerunt exclusi.*

*Fr. Ioannes Maria de Genua Diaconus fui
præsens, quando supradicti fuerunt ex-
clusi.*

*F. Thomas Maria de Finario subdiaconus fui
præsens, quando supradicti fuerunt ex-
clusi.*

L.

*Copia Protestationis Diffinito-
ris Poloniæ super violentia, qua com-
pulsus fuit ad unâ cli-
gendum.*

In nomine sanctissimæ Trinitatis.

*E*go Frater Matthæus Bozovicis S.
Theologiæ Præsentatus Ordinis
Prædicatorum, Socius Provinciæ Polo-
niæ ad Capitulum generale pro 26.
men-

mensis Octobris in Conventu Januensi
 celebrandum destinatus, veniens ad locum
 Capituli præfata die 26. unà cum
 alijs Vocalibus, post absolutionem Re-
 verendissimi Generalis Magistri ab of-
 ficio Generalatus, animadvertisens quod
 aliqui A.R.P.P. Vocales, præcipue A.R.P.
 Provincialis Lombardiae cum socio suo,
 & alij non fuerint ad locum Capituli ob-
 seratis foribus admissi, ac multis Custo-
 dibus conversis ad easdem fores adhibi-
 tis, de quo cum ore tenus coram Reve-
 rendissimis PP. Provincialibus, ac Diffi-
 nitoribus protestatus essem, neque me
 velle illi Electioni interessere, uti illegiti-
 mæ, clamoribus obrutus fui, ac violen-
 ter ibidem detentus, ut adestem præfa-
 ta Electioni, in qua dedi schedulam re-
 hunciendo pro tunc voci propter ra-
 tiones in scriptis proponendas. Quare
 ego Fr. Matthæus Bac. præfatus omni
 meliori modo, & forma protestor de
 invaliditate præfati Capituli, quia in eo
 ad Voices non erant admissi admittendi.
 Item de violentia mihi in eodem loco

Ca-

Capituli adhibita, nam cum vellem ex eo loco egredi & hujusmodi Electioni non interesse, obseratis portis ibidem detentus fui, & ab aliquibus in honestis ob hoc verbis tractatus salvo Jure Provinciæ meæ Poloniæ, cui per hanc protestationem meam in nullo derogare intendo. Actum in Conventu Januensi S. Dominici, die 25. Octobris, 1642.

Fr. Matthæus Bozovicius, qui supra, Manu propria.

M.

IN Civitate Januensi die 29. mensis Octobris 1642. Admodum R. P. Fr. Joannes Philippus Fridt Inquis. ad tractum Rheni, partesque annexas & Provinciales Teutoniæ, Ordinis Prædicatorum, vocavit ad Consilium Admodum RR. PP. Fratrem Dominicum Laclum S. T. M. Provincialem Boëmiæ, F. Thosmā de Roccamora S. Th. M. Diffinitorem Aragoniæ, F. Joannem de Cozar S. T. M. Diffinitorem Bethicæ F. Jo. del Ca-

stil-

stillo S. T. M Diffinitorem Mexicanū,
 F. Cyprian.de Medina S. T. M. Diffini-
 torem Peruanū, F. Pet. de Velasco Præd.
 gen. Diffinitore de Guatimala, Fr. Hie-
 ronymum Vincentium Maymo S. Theo-
 log. Lectorem, Diffinitorem de novo
 Regno, Fr. Vincentium Saborit Præsen-
 tatum , Fr. Ludovicum de Ordunna
 Præsentatum & Præd. Generalem , Fr.
 Hieronymum de Vera Præsent. & Præd.
 generalem, Fr. Franciscum Morzillo
 Præd. General. & Fr. Joannem de San-
 tiago Præd. Gen. corā Reverendo P. Ma-
 gistro Fr. Leonardo Hansen, Secretario
 nominato, & deputato, & i p̄sis præsētib.

Primo proposuit, ut consultaretur,
 quisnam deberet esse Præses, & Capitu-
 li Generalis Vicari⁹, supposito, quòd PP.
 Congregati (ut dicunt) ad celebratio-
 nem Capituli in Conventu S. Dominici
 de Jauja sub Præside Admodum Reve-
 rendo P. Fr. Michaele Mazzarino, San-
 ctæ Theolog. Magistro, Provinciali Ro-
 mano, die 25. currentis Mensis deposue-
 runt Reverendissimū P. F. Nicolaum Ro-

M dul-

dulfium à Generalatu Ordinis nostri.
 Vnanimiter responderunt, quod quid-
 quid sit de depositione præfata Magi-
 stri Ordinis, contra quam est protesta-
 tum, & salvo semper Jure Reverendissi-
 mi P. Fr. Nicolai Rodulfi insuper quid-
 quid sit de legitimitate litterarum, qui-
 bus instituebatur Præses Capituli P.
 Provincialis Roman. tamen certissimū
 esse, quòd eò ipso quo declaratus fuit
 Reverendissimus P. F. Nicolaus Rodul-
 fius amotus à suo officio, perdidit præd.
 Provincialis Romanus totum jus quod
 prætendere poterat ad præsidentiam.
 Ratio est, quia hoc fundabatur in au-
 thoritate quam S. D. N. concessit Emi-
 nentissimo Cardinali Protectori, ut ha-
 beret regimen, & administrationem
 nostri Ordinis durante dumtaxat (sunt
 verba Brevis) suspensione præfata,
 nempe Magistri Ordinis & ut durante
 illa posset instituere Vicarium, seu Vi-
 carios, qui durante suspensione præfata
 exercent omnia munera Magistri
 Ordinis, ex quo liquet, quod violata ta-

su-

suspensione per amotionem factam Re-
verendissimi P. Rodulfi perdidit totum
jus ad præsidentiam, quod prætendere
poterat, quolibet prætextu. Cumque
secundum nostras Constitutiones dist.

cap. 5. mortuo vel a morto Magistro
Ordinis Prior Provincialis, in cuius Pro-
vincia Capitulum Generale celebratur,
sit Vicarius Ordinis, clare patet quod ad
A. R. P. Provincialem utriusque Lom-
bardiæ pertinet hoc munus, ad quem
pro tali functione facienda debet ac-
cedi.

2. Proposuit quod jam accessum
fuerat ad A.R.P. Provincialem utriusq;
Lombardiæ verbo & scripto, ad quod
respondit se excusando ab his, immo con-
sulendo, ut ad alium Provincialem re-
curreretur, quod constituit omnibus per
Epistolam manu ipsius Provincialis scri-
ptam quæ lecta fuit coram omnibus,
propter quod petijt quid faciendum in
tali Casu.

Responsum fuit unanimiter, quod
debeat recurri ad remedium Consti-

M 2 tu-

tutionum retrocedendo ad Provinciales, in quorum Provincijs sunt celebrata Capitula. Cumque Provincialis Roman. Tholosanus, Franciæ, S. Petri Martyris, Regni, & Venetiarum, qui adiungunt in Civitate Januensi ex his ad quos datur recursus (facto suo nempe assistendo prædicatæ Electioni vitiosæ) se impedierint, recurrendum esse ad aliquem præsentem, non impeditum, qui est A. R. P. Provincialis Teutoniæ, in cuius Provincia, scilicet in Concilio Basilæensi celebratum fuit Capitulum, & omnes præsentes PP. in hoc Concilio enixè rogarunt ipsum, ut tale munus susciperet, quod rogatus, imò invitus fecit, propter bonum commune, & omnium suffragio admissus, & declaratus est Vicarius General. Ordinis & Præses Capituli.

3. Proposuit an supposito quod die 26. prefati Mensis, prædicti PP. nō vocatis ijs, qui de jure debebāt imò exclusis & violenter ejectis ab electione aliquibus, qui secundum Jus spectabant ad illam,

& ad-

& admissis alijs non admittendis, elegerunt Generalem P. Provincialem Romanum, si expedit procedere ad ultiore electionem, ne præjudicium sat juri Provinciarum, & totius Ordinis.

Ad quod unanimiter responderunt, quod expedit procedere ad electionem ulteriorem, ut subveniatur tanto discrimini Ordinis si gubernetur à Capite non legitimo. Et supposito quod secundum Jura, si major pars electorum contradicente minore, committit vitium in electione, perdit Jus, & devoluitur ad minorem, & supradicta electio habet tot, & tam notorias nullitates.

4 Proposuit si supposito quod alij PP. sunt in Conventu S. Dominici, qui est locus Capituli, & ex accessu ad ipsum possunt sequi aliqua scandala, & quod Constitutio disponit quod Vic. Capituli potest mutare locum, si illi videbitur expedire: si poterit mutare locum Capituli, & quisnam erit iste locus.

Responderunt propter rationem dictam, & quia Conventus S. Dominici non est locus tutus, liber, & securus, pro supradictis PP. quod prædict. Vic. potest mittere Capitulum ad alium Conventum, & quod iste sit Conventus S. Jacobi de Corneliano in suburbio Januensi, ut evitentur scandala, quæ ori-ri possent.

5. Et ultimò consuluit de die & hora electionis, & responderunt , quod ne transeant dies designati, pro celebrando Capitulo, & ut provideatur Ordini de Capite , & non detur locus, ut gubernetur ab illegitimo superiore, celebretur electio sequenti die 30. Octobris, & ad hoc fiant litteræ Convocatoriae, & designentur Judices Vocum , & fiant cetera, quæ de jure & constitutione debent fieri, & suprad. A. R. P. Provincialis Teutoniæ præcepit expeditiri litteras convocatorias, & designavit Judices Vocum Admodum RR. PP. Magistros, Provincialem Boemiam , Magistrum Diffinitorem Aragoniam , & Ma-

gi-

gistrum Diffinitorem Bethicæ , & hic finem imposuerunt Concilio. In quorum fidem omnes subscripterunt in præfata Civitate Januensi , die, mense & anno ut supra.

Fr. Ioan. Philippus Fridt, Sac. Theol. Magister, totius Germaniae Provincialis Ordinis Præd. manu propria.

Fr. Dominicus Laurus Magister Provincialis Bohemiae m.p.

Fr. Thomas de Roccamora, Magister, Diffinitor Aragoniaæ. m.p.

Fr. Franciscus de Cocar , Magister & Provincialis, Diffinitor Bethice.m.p.

Fr. Cyprianus de Medina, Magister, Diffinitor Peruanus. m.p.

Fr. Hieronymus Vincentius Maymo Lector, Diffinitor de novo regno.

F. Franciscus Marzillo Prædictor Generalis.

Fr. Ioan. de Castillo Magister Diffinitor Mexicanus.

Fr. Ludovicus de Ordunna , Magister & elector Mexicanus.

Fr. Vincentius Saborit Præsentatus.

Fr. Hieronymus de Vera Præsentatus Pro-
curator Generalis & Socius Peruanus.

Fr. Ioan. de Santiago Prædicator Generalis.

Præsens scriptura concordat cum suo Originali
de verbo ad verbum, in cuius fidem ego Fr. Lu-
dovicus de Nigris à novis, Manu propria.

N.

S. D. N.

URBANO VIII.

Beatissime Pater.

NEcuncta quæ in hoc Capitulo Ge-
nerali Ordinis Prædicatorum Ja-
nuæ celebrato V. Beatitudinis aures ef-
fugiant, Nos omnes Piores Provincia-
les, & Diffinitores Capituli in unum
congregati humiliter exponimus San-
ctitati vestræ, quatenus die 7. Mensis O-
ctobris præsentis anni 1642. P. F. Mi-
chael Mazzarinus S. Th. Magister, ac
Provincialis Provinciæ Romanæ, ad
Civitatem Januensem se contulit cum
litteris patentibus Eminentissimi, a-

Re-

Reverēdiffissimi Cardinalis Antonii Barbarini, quibus authoritate Apostolica fuit institutus Vicar. & Præses Capituli Generalis, quas cum ipse palam legi fecisset, fuerunt ab omnibus unanimiter acceptatae, ipsiq; debita fuit præstita Obedientia, ne dū à p̄esentib⁹, verū & ab omnib⁹ aliis, qui postea ad Capitulū accesserunt; uti fecerūt quinq; P.P. Hispani Socii Provincialiū illius Nationis, quibus ad Capitulū accedere nō valentib⁹, in eorū locum à suarū Provinciarū fratribus suffecti fuerunt. Quinimo, & auctoritati ejusdem, P.M. Fr. Michaelis Mazzarini se submiserunt, cum unum illorum elegerit præfatus P. F. Michael Mazzarinus ad scrutanda vota, ut moris est apud nos, illorū qui debebant Capitulo interesse, & ferè omnes illos declaraverit esse in Capitulo admittēdos, juxta eorū petitiones ad ipsum porrectas. Quibus omnibus stabilitis, duobus tantum diebus Capitulum præcedentibus à P. Fr. Michaele Mazzarino coram nobis omnibus congregatis veniam petierunt,

M 5 runt,

sunt , & expostularunt sibi licentiam
 concedi, uti discederent à Capitulo
 Conventu & Civitate Januensi, publicè
 testantes coactos esse à Regiis Ministris
 ad hanc discessiōnem , habereque in
 Mandatis per expressas litteras D. Gu-
 bernatoris Mediolanensis à Capitulo
 discedendi , licet summo cum eorum
 mœrore, & tristitia, & rogati ne discede-
 rent , nulla tamen obtenta licentia ab
 eodem P. Præside Capituli discesserunt.
 Quos ob eandem Causam sequuti sunt
 P. Provincialis Bohemæ, & P. Provin-
 cialis Teutonæ. Cumque dies statuta
 prime Sessionis Capituli advenisset, om-
 nes illud ingressi fuimus, & P. F. Nico-
 laum Rodulfum Magistrum Ordinis
 consulentes bono , & paci totius Ordini-
 sis ab offic. deposuimus, per vota se-
 creta autoritate nobis supra hoc à no-
 stris Constitutionibus tradita. Cui de-
 positioni cum obstare non potuimus
 P. F. Dominicus Marinus Provincialis
 Terræ sanctæ, & Socius ipsius P. Rodul-
 fi, & P. Magister Fr. Prosper de Flore-
 tíola

tiola Provincialis Lombardiæ illi interesse noluerunt, sed à loco, quem pro diffinitorio elegimus discessere. Qua actione peracta, cum nulla alia ante electionem ex vigore nostrarum Constitutionum fieri posset, fuit à Præside Capituli intimata electio novi Magistri Ordinis pro sequenti die hora 16. quæ dies & hora cum advenissent, ad sonum Campanulæ, (ut apud nos moris est) Diffinitiorum ingressi sumus P. F. Dominico Marino Provinciali terræ Sanctæ & Socio P. M. Rodulfii, & P. M. Fr. Prospero de Florentiola Provinciali Lombardiæ tantū exceptis, quibus fere per mediā horam ipsa Campanula pulsante expectatis advenit tandem præfatus P. Magister F. Prosper de Florentiola Provincialis Lombardiæ Sacramento Euchæristię non refectus, quod necessarium à nostris Constitutionibus habemus, cuicunque Electori ante electionem, & petiit sibi ostium Diffinitorii aperiri, quod fuit factum, cum ab omnibus punitaretur dict. P. Sacramento Euchæristię

ristiæ refectus. Sed P.M. Fr. Adriano Cardinali de Genua socio jam P.M. Rodulfi ibi per vim contendente ingressum, cum ad illum nullo modo electio pertineret, neque ipsum ad nos admittere voluerimus, utpote, qui præcedenti die per vim se in Diffinitorium introduxerat, multis sacerdotalibus, ut multi dicunt, armatis, stipatum, neque coegerat, ad retardandas nostras actiones. Ipse P.M. F. Prosper de Florentiola Provincialis Lombardiae præfatus Ostiariis, ut ipsi patentur, est protestatus se nolle ingredi, nisi ipsum præcedente P.M. Fr. Adriano, quod cum permittere noluisserit Ostiarii, abiit ipse P.M. Fr. Prosper de Florentiola in Sacristia ad faciendum sacrum, cumq; eidem per nostrum Secretarium, & duos alios testes fuisset de novo intimata electio, missa completa nobis omnibus adhuc expectantibus accesserunt ad Ostium Diffinitorii ipse & P. Provincialis Terræ sanctæ præfatus Socius jam P.M. Rodulfi, cumq; eundem P. Magistrum Adrianum inveni-
set,

set ingressum contendente*ti* ipsi faven-
 do se ante illum portare noluerunt, ut
 solis ipfsis aditus concederetur, sed abie-
 runt indignati protestando sibi deberi
 ostium totaliter apertum, quod tamen
 nostris Constitutionibus prohibetur,
 ut patet titulo de forma electionis M.
 Ordinis, quibus denuo misimus eundem
 Secretarium, & duos testes, qui no-
 mine nostro ipfsis intimarunt electione,
 non tantum semel, sed pluries, ut om-
 nes testari possunt, & ultimo ad S. In-
 quisitionis domum, ad quam pro certo
 habebatur illos se contulisse eundem
 Secretarium cum testibus remisimus,
 qui ipfsis offerrent, ut venirent, & quod
 pro ipfsis aliud ostium ex alia parte aper-
 riretur, sed nedum hoc acceptarunt, ve-
 rum etiam fuit ipsi Secretario respon-
 sum illos ibi non esse. Vnde omnibus i-
 stis ad libitis diligentiis, ad quas nullo
 jure tenebamur, ad electionem proce-
 dere duximus, & elegimus unanimiter
 in novum Generalem totius Ordinis
 nostri P. M. Fr. Michaelem Mazzarinum,
 cui

cui & nos omnes obedientia dedimus,
 & dedere fratres omnes in publico Ca-
 pitulo Conventus, ad quod processio-
 naliter convenimus. Quibus omnibus
 peractis quinque jam diebus post hanc
 electionem elapsis, quinque P.P. Hisp-
 ni præfati cum Provinciali Bohemæ,
 qui omnes in Domibus sæcularium fur-
 tivè manserunt ab illa die, qua se disce-
 dere velle à Civitate dixerunt ad fugge-
 stionem sociorum P. Magistri Rodulfii,
 videlicet P.M.F. Dominici Marini & P.
 Fr. Adriani Cardinali de Genua ad Con-
 ventum quendam modicissimum no-
 stri Ordinis sub nomine S. Jacobi de
 Corneliano per tria millaria distanitem
 se contulerunt, ibique conciliabulum
 quoddā fecerunt, divisionem nostri Or-
 dinis intentantes, contendentes se nol-
 le subjici Generali Magistro à nobis le-
 gitime, & secundum jura electo id cui-
 dam P. M. F. Thomæ Roccamota Hi-
 spano, quem sibi in superiorem elege-
 runt, contra quem & omnes ipsum
 Consentientes à nobis unanimiter fuit
 factum

factum decretū, ipsos incurrisse pœnas
excommunicationis, omnesq; alias à no-
stris Cōstitutionibus taxatas. Quæ cum
ita sint manu propria nos omnes capi-
tulariter congregati, firmare voluimus
humiliter exposcendo à S. Vestra, ut PP.
istos digna pœna plēctere dignetur, ne
cuicumq; detur locus in Consimilibus
Capitulis quatuor, vel quinque Fratres
congregandi, & divisionem, ac schisma
in nostro Ordine procurare, & pedes
Sanct. V. osculamur, pro cuius salute, &
conservatione Deum enixè rogamus,
sanctamque benedictionem à beatitu-
dine vestra humiliter petimus. Datum
Januæ in Conventu S. Dominici loco
destinato pro Diffinitorio die 3. Octo-
bris 1642.

*Fr. Ioan. Labardac, Magister & Provin-
cialis Tolosæ.*

*Fr. Nicolaus Legardeur, Magister & Pro-
vincialis Francie.*

*Fr. Gregorius de Tripalda, Magister Pro-
vincialis Regni.*

Fr. Chry-

- Fr. Chrysostomus Poleviz, Magister Provin-
cialis Poloniae.
- Fr. Jacobus Robertii, Magister Provincia-
lis Provinciae.
- Fr. Vincentius Bartolus, Magister Provin-
cialis Siciliae.
- Fr. Gregorius Cipullus, Magister Provin-
cialis Apuliae.
- Fr. Franciscus à Castro Vetere, Magister
Provincialis Calabriae.
- Fr. Ludovicus Mesplede, Magister Provin-
cialis Oitaniae.
- Fr. Antonius Basilius, Magister Provincia-
lis S. Dominici Venetiarum.
- Fr. Ambrosius Petrinus, Magister Provin-
cialis Aprutinus.
- Fr. Stephanus Smeler, Magister Provin-
cialis Rusciae.
- Fr. Maturinus Rampanche, Magister Dif-
finitor Tolosae.
- Fr. Iacobus Desplenz, Magister Dif-
finitor Franciae.
- Fr. Ioan. Baptista de Sanctis, Magister Dif-
finitor Provinciae Romanae.

Fr. P. -

*Fr. Paulus Caracciolum, Magister Diffinito-
r Regni.*

*Fr. Matthaeus Borovicinus, Magister Diffi-
nitor Poloniae.*

*Fr. Claudius Cortes, Magister, Diffinitor
Provinciae Provinciae.*

*Fr. Antonius Cicala, Magister Diffinitor
Siciliae.*

*Fr. Ioannes M. Leoni, Magister Diffinitor
Apuliae.*

*Fr. Bernardus Cantalupa Prædicator Gene-
ralis, Diffinitor Ocitanie.*

*Fr. Hippolytus Ianilz, Baccalaureus, Diffi-
nitor Rusciae.*

O.

*Eminentissime Princeps, Clemen-
tissime Patrone.*

Ne quid omittatur eorum, quæ ad
nostram spectant obligationem, i-
mo ne quid negligatur eorum quæ ad
nostram spectant consolationem, hisce
denuò interpellamus Clementiam tuā,

N sed

sed strictim, ut factorum duntaxat nostrorum reddamus rationem.

Providerat S.D.N. Ordinis Prædicatorum constituendo; ut Eminentissimus Cardinalis Protector D. Antonius Barbarinus tamdiu, cum auctoritate immediata eundem Ordinem regeret, quamdiu domesticum ejus Caput, nempe Reverendissimus P.N. Nicolaus Rodulfius suspensionis vinculo præpeditus à sui Generalis Magisterii functionibus Ordinisque administratione detineretur.

Hac igitur auctoritate Eminentissimus Protector (ut fertur) Præsidem instanti nostro Generali Capitulo impo-
suit P.F. Michaelem Mazzarinum, qui præfati Eminentissimi D. Protectoris, vices ageret, ac totius Capituli tractationes eadem auctoritate sibi comunicata gubernaret. Hic vero Præses tandem eo devictus est, ut præsum Reverendissimum P. N. à Generalatus officio omnino absoluierit, dictamque suspensionem omnimoda depositic
ab-

abruperit, quo facto simul expirare fecit immediatam illā inspectionem, seu Gubernationem Ordinis eidē Eminentissimo Protectori nostro commissam, utpote, quæ ad solum tempus durantis præmemoratae suspensionis per S.D.N. expresse, & pluries restricta fuerat. Consequenter, & suammet præsidendi auctoritatem præfatæ Potestati innixā. (Deo sic providente) extinxit. Vnde factum est, quod reliquum jus præsidendi huic Capitulo primum leges nostrorum statutorum revolveretur ad P. Provincialem utriusque Lombardiae, in cuius Provincia Comitia ista celebrantur, quem tamen prænominatus Præses, nec ad præsidendi Munus, nec ad novam Magistri Generalis electionem posterius die institutam admisit, eaque ratione effecit, ut electio illa acephala fuerit, legitimoq; capite destituta, quācum & ob alios quamplurimos respectus eadem multiplici vitio laboret. Namirum, quia ab una tantum Capituli parte instituta fuit contra interpositas

gravissimas reliquorū Capitulariū Appellationes, ac Protestationes ipsis, nec citatis, nec admissis. Item quia peracta à pluribus minimè vocalib⁹ contratenorem nostrarum Constitutionū, praxim Ordinis ipsaq; Provinciarum jura, &c. prout in alia ad Eminentissimā Celsitudinē tuam data epistola humillimè nuper exposuimus?

Cum igitur secundum Canones certum sit, quod si major Capituli pars cōtradicente minori instituerit electionem morbidā, ac vitiosam, jus electionis deinceps totum recidat in partem minorem tanquam saniorem, idcirco nos juri nostro insistentes, Ordinē nostrum à Capitis illegitimè nuper electi injusto Imperio efficaciter eximere cupientes, ne Generali nostro qualitercunque absoluto remaneremus cephalī, præmissis præmittendis p̄bcessimus ad Canonicam novi Magistris Generalis electionem sub præsidio P. Provincialis Teutoniæ, cui isthac presidētia debebatur, posteaquam Provincialis

L.3m.

Lombardiæ suo in hoc Juri sponte cef-
serat, alijque in ejus vicem ex ritu Con-
stitutionum nostrarum subrogandi, vel
aberant, vel contradictionis spiritu ad-
versæque partis studio præoccupati im-
pediebantur. Et ne occasione novæ
Electionis nostræ publicum alicubi
scandalum exurgeret, utque personis
nostris de imperturbabili securitate
provideremus, locum Capituli transtu-
limus ad Conventum nostrum S. Jacobi
de Corneliano in suburbanis Genuen-
sium, ubi servatis omnibus, quæ secun-
dum ritum electionis, servari debue-
runt, quæque secundum rei, & circum-
stantiarum exigentiam servari potue-
runt communi omnium electorum suf-
fragio, unanimiter in Generalem Ordin-
nis nostri Magistrum electus fuit Reve-
rendissimus P. noster Fr. Thomas de
Roccamora Hispanus, vir talium qual-
itatum ut meritò Cunctis visus fuerit
major omni exceptione.

Porro ad capescendum hoc extre-
num nostræ periclitantis Dominicanæ

N 3 Re-

Religionis nostrorumque Jurium re-
medium adegit nos , non ambitio, aut
rixarum amor rerumve novandarum
Cupiditas, aut dulcedo (quod sanè co-
ram xterno Deo liberrime constanter-
que testari possumus quoties opus fue-
rit) sed pura filialis Compassio erga Ma-
trem nostram Religionem S.P. Domi-
nici, studium pacis in ea postliminiò re-
stituendæ & inculpabilis in Zelus tuendi
patrias leges , & illibata hactenus Jura
rationum, ac Provinciarum, quam et-
iam intentionem nostram omni candore,
ac religiosa sinceritate intimè ful-
tam, non exiguus præclarissimorum vi-
torum applausus, & approbavit modò,
& in dies, ut securi confidimus, majori
numero plausuque plurium adpro-
babit.

Certè pro Casu in Religione no-
stra tam extraordinario , extraordinaria
quoque arripienda videbantur re-
dia, salvo semper inculpatæ tutelæ no-
deramine, præsertim cum suprema pe-
nibilitatis jam Ordinis necessitas mo-
runtur

ram ulteriorem minimè pateretur , nec novum sit Cuneum , Cuneo pellere , ut Justitiæ locus aperiatur.


Ergo Eminentissime Patronे, ad tuam iterum, iterumque configimus suavem, ac Justitiæ amantissimam Clemenciam, suppliciter , & per ipsas universæ nostræ afflictæ religionis mœstissimas lacrymas obsecrantes , faveat radium unicum magnæ Pietatis suæ laboranti Juri, & Causæ nostræ summopere, Orbis Pastore repræsentare dignetur necessitatem nostram Pacem Ordinis (sed talem quæ Justitiam collateralem admittat) quærimus, et si omnino carente est illo Capite, quod hactenus Ordini nostro præfuit , saltim ad hoc conandum nobis esse censuimus , ne per privatam aliquorum ambitionem vijs non rectis subderemur capite contra omnia Jura obtruso, quin potius modo legitimo talem obtineremus Patrem, ac Pastorem , qui citra Injuriam tantum gubernaculis possit proficue assidere

Va-

Valeat Eminentissima Dominatio
tua, & in hac tam urgenti fluctuantis Ju-
stitiæ tempestate opportunitatem acci-
pias ostendendi nobis tui potentissimi Pa-
trocinij Justam, ac placidissimam sere-
nitatem. Datæ januæ , in Conventu
S.Iacobi de Corneliano , die 30.

Octobris, 1642.

F I N I S.



Dilucidatio.

Libelli supplicis typis uulgatis
Pro

Defensione absentis Capituli genitissimi
Ordinis Prædicatorum

Ianuæ in Conuentu

S. Dominici celebrati

Anno 1642.

o m b u n d o

l i n g u i s t i c s e r i e s . M o n t r e a l

o f

U n i v e r s i t é T e c h n i q u e d e C o n s t a n t i n o p o l i s .

C o n f e r e n c e

o f L a n g u a g e s , L i n g u i s t i c s , a n d

L i n g u a g e S c i e n c e s .

o f t h e U n i v e r s i t é

M.C.D. 2022

Cum Pr^ofr. Michael Mazanorum, et ei adhuc
renes suppeditatum libellum supplicem ex
multis falsitatis confarcatum, quae ut
fama fuit, furtive impressum, veluti oblatu^s
anno d^ro 16^o Urbano VLL. Studijs per orbem
terram disseminatio, ad fedem Christi
Fidei ex Zelus Domus Dei excitabat, et conci-
tabat aduersus se ipsos tanquam perturbato-
res, et veluti deserneores Ordinis Praedicatorum;
nobis uixit esse debere uenitati salisfaere
principias eius falsitates exponendo.

Non enim S. Iohⁿ oblatum credimus libel-
lum hunc, eo quia existimare non possumus,
illis subhoris tantu^m auctu spiritui sanctu, et
Urbano Iohⁿ scipi d^ro Iohⁿ in Terr^e Vicaria
mentiri uoluisse, hec ianua propria im-
dulendo passionibus humana fragilitate
deliquerint. Quia passiones ad quod, quan-
tum impulerint contra Ius, fasq^{ue} divinum
et humanum, uidere plene poteris. Lector in
Historijs asserti Capitulo generali Iancum
tis quae, Deo fauente beati lucis sufficiens,
et interim ex Iuridicis Appellationionis et

Inuestigationibus a' Gabribus Germanis, Hispanis,
Indianis et alijs inverprobis, eis epistolis
ab iisdem p^ms dno 1520, et bmo 1521 et p^ms d.
Cardinalibus francis Barberinis, Antonio
Barberinis Probeliori Ordinis Prædicatorum,
Iacobi Vincenzo Maculano Siculi Sane-
Clementis ex eodem Ordine atque datis:
Ex scripturis in facie, et Iure, cum Ordinis
tum ex Iure communis epistolis bmo, et
p^ms d. Card. et ihm, et p^ms d. Præ-
latis sacra congregacionis super Controversijs
Ordinis Prædicorum a' s. dno Hro speciatu
deputata ad referendu sanctitati sua, col-
ligere utique poteris
Suppositibus itaque libellus est, qui sequitur

S D. N.

Vrbano VIII.
Beatissime Pater.

He cunusa, q^z in hoc Capitulo generali Ordini
Prædicatorum Janua celebrat^r Vesta Beati-
tudinis aures effigiant, nos omnes, Priori
provinciali, et diffinitoris Capituli an unum

Congregari

congregabí humiliber exponimur. .161. p. 2
Vide quomodo Authores in ipsis vestibulis
egregie mentiantur, siquidem ad ipsas
fabulas condecorandas speciosi diffinitoris
titulis adornat illos Patres, qui tantummodo
Socij Provincialiis erant, et non diffinitores.
Cum prout etiam Provincialiis titulum
relicere debuerint in illis, qui erant Provinciali
eis ne in Ordine Pradicatorum administrandas
dignitates homines tam indigna patrantes
assumpcio fuisse videantur.

Quatenus die 7. mensis octobris presentibus
anno 1642. L. f. Michael Mazarius
saec. Theologiae Magister, ac Provincialis
Provinciae Romanae ad finibus Ianuenses
et consulit cum litteris pacentibus Cm. et
Dom. D. Car. Bononi Barberini, quibus auctoritate
Apostolica fuit missibus Vicarius,
et Protes Capituli generalis eo e.

so calidum istorum artificium. Nam enim
passerunt L. f. Michaelem Mazarium Janu
te consulite die 7. mensis octobris cum litteris
pacentibus, eo illo palam fecisse, et nominari

ab omnibus fuisse acceptabas: confundendo sem-
pore, veritatem approbando. Tunc enim se
nolumus L. Mazanum rebus suis subreptis,
eo subreptis ab omnibus. (Ad. Antonius
Protector Ordinis, inter armum precepit
in Crinitate Castellana implicis, libens,
Janua appulisse die 5. non die 7. mentis
oculisq; nemini tamen praedicas litteras
manifestasse. Verebatur enim et rite me-
nus, non solum ne totum Capitulum, sed eo
ne L. Provincialis Lombardie (ad quem,
quia erat in Provincia sua, pertinebat
Iurisdictione ante, et post celebrationem Capituli
generalis) illius obsecro presentationi: ideo
festinatio ingredi Januam cum duobus
banorum Provincialium sibi adherentibus,
antequam eo accederent alijs concepciona-
ris, nolens ventum Provinciali Combar-
dise aggredi strato gemmari. Prudenter
cessisset coegeri, qui illius tenebant (nu-
propter Provinciali illius Provinciali, ut
dictum est, tanquam Superiori recognoscere
et ratione obtemperarent L. Mazanni)

qui semel intibus sperare poserat, neminem
deinde autem fore in Capitulo sufficere
illius obtemperare praeterea, predicto et
summe colenda auctoritate Apostolica
titulus honestasse licet agnoscere.

Cum igitur Januam aduentasset die 7. 8bris
I. M. f. Prosper a' florencia Provincialis
Lombardie, I. Mazanay ad opus diu pra-
meditatus se accingens, illi significavit,
et Vicarius Capituli auctoritate Apostolica
institutum ab fr. mo. Procello cum ex officio
mandato cpiendi petitionem sua Praefi-
cientia statim ac Januam approbasset, cui
tamen obtemperare disulerat, nolens honoris
causa illi prius iniuriam proferbam
communicare.

Provincialis vero Lombardie, licet dubia
sit habere predicationem auctoritatem,
non cessit, cpiens f'min. et Rec. d. f'ad.
f. Clementis Arunculus his obtemperare
i' quo haberat in mandatis, ut si forte
in quām contigit quēmpiam ad Capitulum
generale, cui aliqna auctoritate f'min.

(Anno. Anno. Antonij Procellonis nomine insignibus
accedere indulgeret tanti Princeps reue-
nensia cuius etiam C. Procellonis nomen
non colere P. M. f. Dominicus Marinius
Provincialis Dux Sancæ in isto mœbris
primo hi accessu die xii. Mense octobris
P. Mazarius sponse probatis obediensiam
licet homi immenso auctoritate elatus
falsa cum arrogancia responderit obte-
grijs voluntarie probatis a' Visu gravissimis
eo de Religione opinione merito ab eundem
Iohannacu monerio).

Icoaco vero die cum Rabagemo apud
Provinciam Lombardie Mazarius
feliciter cestit, dum prefatus Provin-
cialis sacrum officium perfrueret posset
litteras P. Mazarius publicari mandauit
coram Fabribus Comitibus & Dominicis
et illis duobus Provincialibus fabris
quos secundum dixerat non diebus est, ha-
facionem subseruentibus. Nec amplius
perlebas, aut visa sunt, licet de hoc
sophicus enix' fuerit regitibus, in' corona-

illorum processuum iuridice' ubi exhibe-
rentur. Quomodo ergo dicunt, fuerint
ab omnibus unanimiter acceptos, si
nunquam eorum omnis lector, non erat de
iure?

Hinc colligere possemus, lector, quod qui-
dicunt, P. Mazariensem die 7. Januarii
approbatissimum et praedicata gestisse, quasi haec
omnia statim peracta fuerint in execu-
tione mandati Comiti Lubecensis, vel ex-
cutandos esse, quia non aderant, vel
(quod verius est) Authores libelli non feci-
nam personas inducere.

Affirmant autem, P. Mazariensis Africam
authoritatem Vicarius et Pratidem Capituli
generalis institutum fuisse, cum tamen
non habent, nisi litteras patentes ab
Comite Lubeceno, qui ordinaria authori-
tate Magistri Ordinis a Sanctitate
suo delegato, durante suspensione
eiusdem Ordinis Magistri gaudet. Et
sunt in litteris patentibus Omnipotens sua
dicat, Autorisitate Apostolica nobis concessa

Hoc non indicat speciali aliquo auctoritate
Apostolicae nostri Constitutio in his
superiore, quo potest illis derogare, suffi-
cium omninemiam suam litteras deesse.
Siquidem illa particulariter in omnibus alijs
expeditionibus, quæ ordinaria facultate
Magistri Ordinis non excedunt, potest,
expudenterit, cum enim ordinaria
facultas Magistri Ordinis ex officio
comprendens eminencia sua, non nisi
sanquam delegata, sed concetta, ubi
alias in litteris Magister Ordinis appro-
nis, tenore priorem, notarij officij;
ipse scribit, tenore praetentum au-
thoritate Apostolico nobis concetta
est. Vnde ex nulla particulari facultate
litterarum constat, tamen dubitorem
speciali auctoritate Apostolica suffi-
cium nostris Constitutionibus super-
mire, quo potest illis derogare, eos
concessisse.
Cum igitur Magister Ordinis absente
a capitulo generali negaretur, etiam
eb

et tractidem apieus nominare, sed In-
vinciales, vel diffinitore aliquem ex
presentibus sibi eligere iuxta nostras
leges, debeant. evidenter colligatur,
L. Mazarinus, nulla auctoritate in
Vicarius institutum, ad caput acceptissime.
Imo manifeste habuimus, contra mense
Eminentia sua (ex ministris vero infor-
matione) litteras emanasse, cum ob
defectis auctoritalijs, cum ex narrativa
ipsam, in quibus omnino suo id est eas
concedere dicit, ne ipsa grauioribus
debet negotijs, et capitulo invenisse
non valens, illud capite distributum
remaneret. quati contributionis nobis
in hoc capitulo non prouiderint de Vicario
et tractide, ubi dictum est

Accedebant hinc evidenciae, tam realiorae
coniebuntur, ac tibi Ordini nobismissis
semper fuerat sancti Probecoris Benigni-
tis, quae non in quaero tot grauissimis San-
ctibus Provinciis aliis ex ultimijs terram

simibus ad proximorum Ordini affluen-
tibus, ius eligendi auferre, et proximis
inferre finam sua voluntate habeant.

Aerab impiger alios substantia libe defelus,
et modico, vel omnia aduersentia fugi-
generis illatus, qui manifeste anti-
cabat, eas contra mentem concedentis
emanasse. Subebatur n. ut quampri-
meum istitutum Vicarius, et Prostes Ja-
neum appubisset, munus sibi deman-
dandum, exercere inciperet, quod impli-
cacionis erat: Siquidem hoc munus
non nisi incipiente Capitulo, inci-
pere debebat: Non enim erat munus
Vicarii Ordinis, sed Capituli. Ceterum
P. M. Martinus ita confundens (et
boni liber P. f. Jacobus Ven. vicus ijs,
qui erat Provincialis Provincie S.
Leoni Martinis, h. manu ipsius erat
scripta pradicta libera praecepit
Cm. Inseelborg sub fama ferebatur
non solum se Vicarius Ordinis
decem, et ocb diebus ante Capitulum
cepit

gestit. sed ea attendare auctoritate quia
mea etiam Magistris Ordinis iuribus
notrius (stitutiones conceduntur, ita ut
eorsus processerit, non de absoluendis
aliquibus Provinciis libet facultatum
habent, non alia de causa, nisi quia
de eius auctoritate dum litteras sua
stitutionis in Vicariis eis Pratidem
occultaret iustitiae dubitabant cum
tamen tunc (etiam hypothetica validitate
litterarum) nullam iurisdictionem exer-
cere posset

Si illis decem et octo diebus ante Capitulum
quibus P. Makarius pro Vicario Ordinis
se gestit, jurisdictionem usurpavit, et
Pm. Procello, vigore facultatum
ei a Sancto concessam pro regimine
Ordinis durante Pm. P. Magistro
Rodolphij suspensione, unum tantum
modo depubare posset, cum facultatibus
Vicarii Generalis, et illi quibies sibi
alacritate desitibus, alio cum ipsem

met facultatibus inservire, non tamen
duos eodem tempore.

Toto auctoritate prodiis L. M. f. fram
cibus Gallarum Procurator Ordinis ab
eod^{em} l^o m^o. ab initio sua administracionis
deputatus cum facultatibus Vicarij Gen
eralij ordinem regebat, sed S. Malo
nus sibi metuens de Capitulo, nil aliud
cogitabat, nisi quomodo possit se
includere, et toto id conatu procurauit
ab hedera primis tempore inuidendo.
Salvo de auctoritate Apostolica, quo
munitum L. Malanum ad Capitulo
acceptissimo libellus ritebat.

Dras cum ipse palam legi fecisset pueri
ab omnibus unanimiter accepit,
aptius debita fuit prastitia obediencia
neum a presbiteribus, nemum et a
tumib[us] alijs, qui proterea ad Capitulo
acceruerunt, ubi fecerunt quinque
Labores Hispani socij Provincialiis
illius Habionis, quibus ad Capitulum

procedere

accidere non valentibus, in eorum locis
a' hancum Provinciamum fratibus sup-
fecit fuisse; Quinim' et auctoritate eiusdem
P. M. f. Michaelis Malanini se submi-
tentes, cum unum illum elegerit
prefatus P. f. Michael ad sensanda nota
no moris est quod nos, illorum, qui
debetant Capitulo invenisse et fere
omnes illos declarauerit esse in Capitulo
admittendos supra eorum petitio[n]es ad
ipsius porroccas.

Hic enim a' veritate defecimus.

Tum enim liberae habentes prefatos
fuerunt perfectae, non aderat nisi diu
Provinciales, quos secundum adduxerat
prefatus P. Malaninus, ut dicitur est:
nam enim refert ibi, invenisse
duo leges novas, reliquos facere illius
Conventus, quibus non incumbebat,
ne accipitore, nee contradicere, cum
non essent de cingulo Capituli, sed ex de-

notificare debuerit, ne de virtutibus conea-
pibularibus presentibus anniversario celebra-
